

que suo modo, conceptus quiditatiui, seu definitiui dicuntur.

ARTICVLVS III.

ETIAM NATVRAS SIMPLI-

ces sub cognitionem confusam actuali-
lem cadere posse.

Quo pacto
ens, & summa
genera pos-
sint concipi co-
gnitione co-
fusa actuali.

Rationes en-
tis distincte
supti soli deo
cognitq.

QVæri etiam hoc loco solet, num genera summa, aliaq; sim-
plices naturæ cognitione cōfusa actuali percipi queāt. Sco-
tus in 1. dist. 3. q. 2. Ochamus & Gabriel eadem dist. q. 5.
alijque non pauci negant; quia ea duntaxat prædictam cognitionem
subire opinantur, quorum essentia simplex non sit; sed eiusmodi, vt
constet partibus, quæ dum totum concipitur, latere concipientem
possint. Idem etiam Scotus, eiusque sectatores asserendum putant
de ente, quod simplex quiddam & vniuocum, non analogum esse
magna contentione defendunt. Verior tamen est contraria sententia
aientium posse hæc omnia cognitione cōfusa actuali percipi. Sat est
enim ad huiusmodi notitiam qualiscunque ratio totius, & partium;
quæ ratio in prædictis naturis inuenitur. Nam substantia, verbi cau-
sa, vt patet ex ipsius definitione, quæ est, ens per se subsistens, suo
modo, & si improprie, constat partibus; quatenus ens concipitur ad
modum generis, per se subsistens, ad modum differentia. Qui igitur
substantiam hac adhibita distinctione perceperit, dicetur eā distin-
ctè cognoscere; qui verò aliter, confuse. Item genera summa, om-
nesque differentia specierum, tam quæ iam extant, quam quæ diui-
na virtute produci queunt; & denique omnia proxima entis signifi-
cata, sunt quodammodo partes essentielles entis, cum sint ipsa ratio,
seu potius rationes entis distincte supti, vt alibi fusius dicetur. Hæc
ergo si quis particulatim complecti posset, (quod tamē soli Deo cō-
petit) is distinctam haberet entis notionem; alioqui confusam tan-
tū; qualis est ea, quam formant, qui audito entis nomine absolute
conciipiunt id quod est, quæ à quibusdam vocabuli notio appella-
tur; propterea quod nullum immediatum entis significatum parti-
culatim attingat.

ARTICVLVS IIII.

EXPLICATIO QVÆSTIONIS

initio propositæ, & quorundam obiectorum dilutio.

1. assertio.

HIs ita constitutis propositæ cōtrouersia duabus assertionibus
fiet satis. Prima sit cognitione distincta actuali magis vniuer-
salia notiora nobis sunt, quā minus vniuersalia. Hæc assertio

est

est omnium philosophorū firmata consensu, astringiturq; ab Aristotele 6. Topicorum cap. 3. & eam tradit Auerroes commento 1. huius libri; D. Thomas 1. p. q. 85. art. 3. & Scotus in 1. sententiarum dist. 3. quæst. 2.

Secunda assertio, Cognitione distincta potentiali minus vniuersalia notiora nobis sunt, quàm magis vniuersalia. Hæc etiam philosophorum omnium communis est. Potest autem vtraque assertio ex eo ostendi, quia ea nobis notiora dicuntur, quorū cognitio ad aliorum intelligentiam requiritur; non è conuerso: at ita sese habēt, quoad distinctam cognitionem actualem, magis vniuersalia comparatione minus vniuersalium, quorum sunt partes essentielles; itemq; quoad distinctam potētialem minus, vniuersalia respectu magis vniuersalium, quorum partes subiectæ sunt. Siquidem id, quod partes habet, absque omnium partium notione dilucidè, & enodatè cognosci non potest, vt constat ex ijs, quæ superiori articulo docuimus.

Obijciēt tamen aliquis. Inter hominem, & substantiam interfusa sunt infinita genera; ergo si distincta hominis cognitio superiorum intelligētiam deposcit; vel aliquis intellectus creatus propria vi infinita comprehendet; vel nullus distinctè hominē cognoscet; quorum vtrūque absurdum est. Probatur antecedens; quia sicuti Deus inter hominem, & leonem concipit infinitas species, quas producere subinde posset, si vellet; ita supra hominem, & infra substantiam cognoscit infinita genera intermedia; cum vtrōbique infinitatis concipiendæ æqua ratio videatur. Quod si eiusmodi genera cognoscit, haud dubiè omnia ad essentiam hominis pertinent; proindeq; ad distinctam eius notitiam requirentur.

Secundò, si ad cognoscenda distinctè inferiora, oporteret superiora omnia cognoscere, nihil absque distincta entis notitia à nobis distinctè intelligi posset; quod tamen falsum esse ex eo deprehenditur, quia distincta entis notio in solum Deum cadere potest, vt superius diximus. Deinde, Aristoteles 2. Posterioris Analyticæ c. 14. & 15. tradens viam, ac methodum inuestigandi definitiones, docet à minus vniuersalib; ad magis vniuersalia gradatim ascendere; statuitq; promptius & facilius esse rerum minus vniuersalium, quàm magis vniuersalium naturam definiendo explicare; putat igitur cognitione distincta actuali prius, faciliusque minus vniuersalia, quàm vniuersaliora à nobis intelligi.

Præterea, non eadem sunt nobis & simpliciter, seu natura nota; vt constat ex proœmio huius operis; sed magis vniuersalia collata cū partibus sibi subiectis sunt natura nota, cum eas origine, & natura antecedant. Non igitur sunt nota nobis, & ex consequenti nec magis sunt nobis manifesta cognitione distincta actuali.

Hæc ita diluenda sunt. Ad primum neganda est antecedens propositio, & ad eius confirmationem dicendum, nec re ipsa interesse, nec à diuino intellectu concipi infinita prædicata inter hominem &

2. assertio

Obiectio 1.

Obiectio 2.

Obiectio 3.

Obiectio 4.

Dilutio prima
in obiecto

substantiam; alioqui cum eorum quodlibet deorsum versus nouum perfectionis gradum superiori adiungat, & ij omnes in hominis naturam coeant; sequeretur competere homini infinitos gradus perfectionis. At neq; hoc, neq; aliud eiusmodi absurdum existit, & si fateamur (vt fatendum re vera est) concipi à Deo inter hominē & leonem infinitas species, quæ ab ipso successione produci queunt. Nam ex eo, quod homo infinitis speciebus nature dignitate præluceat; nõ sequitur (quod aliquis fortasse putaret) inesse homini infinitam perfectionē. Primum, quia species non habent inter se essentialem ordinem, quo aliæ alijs subordinentur, sicut ea, quæ in eadem categoria ordinatim disponuntur. Deinde, quia species dum se excedunt, nõ seruant inter sese proportionem Arithmetica; sed (vt quidam loquuntur) Geometricam; id est, nõ sunt, quoad hoc, veluti numeri; quorum maiores per determinata incrementa, minores subinde exuperant, neq; potest infinitos excedere, nisi, qui ex infinitis vnitatibus coaluerit: sed sunt veluti figuræ, inter quas rotunda ita se habet, vt infinitæ figuræ describi possint, quarum nulla ad eam pertingat, quamuis ipsa per actualē partiū infinitudinē eas non vincat. Sic nimirum nõ excedit homo elephantē duplò, leonē triplò, equum quadruplò, atq; ita infinitas species, vnamquæque certi gradus adiectione; iam enim in sese infinitos perfectionis gradus cohiberet; sed sola nature nobilioris, & innatæ præstantiæ diuersitate, ad quam præstantiam infinitæ species inferioris notæ non pertingunt. Ita patet quo modo primum argumentum dissoluendum sit.

Species non habent inter se ordinē essentialē.

Quo sensu species non sunt vt numeri.

Hac de re Nonocastrens. in 1. d. 44. q. 1. Gregor. in 2. d. 11. q. vnica. Souc. 12. Metaph. q. 5.

Dilutio. 2.

Analogia secundum omnia sua distincta significata nõ pertinent ad essentiam alicuius inferioris.

Secundo verò occurrendum est ad cognitionē distinctam inferiorum non requiri notitiam distinctam analogorum, sub quibus continentur; sed vniuocorum duntaxat. Cuius rei causa est, quia analogia secundum omnia sua distincta significata simul sumpta ad nullius inferioris determinatè accepti essentiam pertinent. Nec enim v. g. decem genera summa, quæ sunt distincta entis significata in hominis, aut belluæ essentia continentur: at quicquid nature superiores vniuocæ, vt animal, aut viuens, distinctè significant; id totum in quidditate inferiorum necessariò includitur, vt perspicuum est.

Dilutio. 3.

Duplex ratio definiendi.

Dilutio. 3.

Dilutio. 3.

Dilutio. 3.

Ad tertium, vt quid respondendum sit constet, sciendum ex Platone in Phædro duplicem esse, quod ad rem præsentem attinet, inuestigandæ definitionis viam; vnã, qua à summis ad ima; alterã, qua ab imis ad summa itur. Priorē tenent, qui superiora genera per differentias dispartunt, donec pertingant ad illud, in quo solū est id, quod definitur; sicuti ij, qui signa formant, maiorem deligunt lapidē; deinde paulatim minuendo, & abscindendo superflua, ad formandos vultus, & membra perueniunt. Alterã viam sequuntur, qui partes generi subiectas inspiciunt, atq; inter se cõparant, & differentias, in quibus eas conuenire deprehenderit, in communem generis definitionem accommodant. Verum neutri cognitionē distinctam alicuius inferioris perfecte assequuntur, quin superiora prius intelligant. Nã eos, qui substantiam, deinde

Leges
tele
c. 4. 7
ph. c.
10. 9.
ph. c.
15. 1. p.
2. tex
Topic

deinde corpus, tum viuens, ac tandem animal per differentias diuidunt, vt hominis definitionem colligant; satis liquet prius superiora genera, quàm hominis naturam cognoscere. Sed neque etiam de posterioribus dubium esse potest. Qui enim ad animalis definitionem constituendam ab homine, & bellua sensitium excerpit, non cognoscit hominem omnino distinctè nisi prius animal etiã distinctè percipiat. His positis dicendum est ad argumentum, cum Aristoteles loco citato ait facilius esse specierum, quàm generũ definitionem inuenire, loqui de definitione, iuxta hunc secundum modum procedendi. Deinde non agere de definitione, quæ cognitionẽ distinctam omnibus numeris absolutam parit; hæc enim omnium superiorum generum & differentiarum expressionem requirit; sed de alia minùs perfectã, quæ reciproca differentia & proximo genere contenta est. Nos verò cum omnia superiora cognitione distincta actuali notiora esse, & ad inferiorum notitiam requiri pronuntiauerimus, de perfectissima cognitione locuti fuimus.

Quo pacto dixerit Aristoteles faciliore esse specierũ, quàm generum definitionem.

ARTICVLVS V.

QVO SENSU VERVM SIT
nõ eadem esse nobis nota, & simpliciter nota.

Lege Aristotelem 1. Eth. c. 4. 7. Metaph. c. 4. tex. 10. 9. Metaph. c. 9. tex. 15. 1. post. c. 2. tex. 5. 6. Topic. cap. 3.

PRO explicatione quarti argumenti aduertendum est bifariam dici aliquid natura notius, sicuti & natura prius; videlicet ordine perfectionis; vel generationis. Reiecta verò Stoicorum sententia, qui cum naturæ prouidentiam, ac rationem per omnia cõmeantem darent; iccirco aliquid natura notum dici putarunt, quod illud natura ipsa cognosceret; ea nos ordine perfectionis priora ac notiora dicimus, quæ naturam magis intellectualem habent, seu quæ impensius à natura illustrantur, ac perficiuntur; quo pacto substantiæ à materia seiunctæ, priores ac notiores sunt, quam materia concretæ, & species, quã sua genera, & totũ, quã partes, ex quibus coalescit. Ordine verò generationis priora ac notiora vocamus, à quibus alia dependent, & omnino, quæ ab alijs supponuntur; quo modo causæ omnes priores, & notiores sunt effectis; & naturæ cõmunes ijs, quas sub se cohibent. His animaduersis, cum asserit Aristoteles non eadem nobis esse & natura, siue simpliciter nota; imprimis natura nota vocat ea, quæ perfectiora sunt. Nec verò perfectiora vniuersim, ac simpliciter accipit, sed ea duntaxat, quæ in eadem serie talia sunt; id est minus vniuersalia comparatione magis vniuersalium, sub quibus continentur, hæc enim eo in loco inter se comparabat. Deinde nota nobis appellat ea, quæ cognitione distincta actuali, atque adeò accuratæ doctrinæ & auscultationis ordine, quem sequi proposuerat, illustriora existũt. Ita demum propositi loci, quẽ multi opinionis suæ tuendæ studio aliò detorquent, sententia est

Stoici naturæ prouidentiam, & rationẽ dabãt.

Quenam appellet Aristoteles nota natura.

Quæ nota nobis.

Dilutio obie
ct. 4. superio-
ris art.

ea, quæ inter magis & minus vniuersalia notiora natura & priora, id est, perfectiora sunt, non posse esse nota nobis cognitione distincta actuali. Quod certè verissimum est, quandoquidem minus vniuersalia perfectiora sunt, quàm magis vniuersalia, & ab illis quoad cognitionem distinctam actualem pendent; non contrà. Ex quo iã perspicua relinquitur solutio quarti argumenti; maior enim propositio vera est, si per notiora, siue priora natura intelligantur, quæ sunt perfectiora in eadem serie; & per notiora nobis ea, quæ cognitione distincta actuali magis illustria sunt, & conspicua; sed tunc minor propositio falsum assumit.

Dub.

Duo tamen hic explicanda supersunt. Alterum, quæ fieri possit vt Aristoteles in eo pronũtiato vniuersaliora accipiat, prout cognitione distincta notiora nobis sunt; cùm ea ibidem appellet confusa, & à

Dub.

confusis progrediendum sibi esse dicat? Alterum, an illa propositio, Non sunt eadem nobis, & simpliciter nota, in quouis rerum genere

Responso ad
pr. dub.

absolutè, ac sine discrimine vera sit? Priori dubitationi occurrẽdũ est, quæ sit causam esse; quia in tradenda Physiologia eam Aristoteles iniit rationem, vt à cognitione distincta actuali, & confusa potentiali ad notitiam vtroque modo distinctam paulatim incederet. Id, quod eius doctrinæ seriem intuenti perspicuum erit. Enim verò prius naturam entis mobilis generatim sumpti, & cõmunium principiorum rationem enodauit, relictis interea sub confusa notitia potentiali, partibus subiectis; tunc ad partes ipsas singulatim illustrãdas accessit; quarum explicatione perfunctus vtranque notitiã, distinctam scilicet actualem & potentialem, absolutam nobis reliquit.

Responso ad
poster. dub.

Ad id, quod secundo loco quærebatur, dicendum est, si per notiora natura accipiamus ea, quæ in eadem serie perfectiora sunt, & per notiora nobis, ea duntaxat, quæ in eadem serie quoad cognitionem distinctam actualem magis sunt manifesta, sicuti Aristotelẽ intellexisse paulò antè asseruimus; tunc eiusmodi enuntiatum in materia subiecta vniuersim, atque absolutè verum esse, vt consideranti patebit. Quòd si per notiora nobis intelligantur quæcunque accuratæ doctrinæ ordine notiora sunt; & per notiora, seu priora natura, quæcunque magis à natura perficiuntur, ita vt non fiat tantummodo comparatio inter magis & minus vniuersalia eiusdem categoriæ; tunc prædictum enuntiatum non vniuersim, sed indefinitè verum esse. Multæ enim causæ suis effectis nobiliores cùm sint; iisdem nihilominus accuratæ doctrinæ ordine notiores existunt, vt tam in

Causæ ordi-
ne accuratæ
doctrinæ no-
tiores effectis

Physicis, quàm in Mathematicis videre licet. Atque ita in ijs idem simul & nobis, & simpliciter notum est; quod præter alios aduertit Cõmentator in 1. de anima comm.

11. cuius obseruationẽ, quod ad Mathematicas disciplinas attinet, refellere conatus est Ambrosius Nolanus, sed non obtinuit.

Cõsule The-
mistũ in, 1. de
ani. na. com.
11. Theophi-
lum 2. de ani-
ma tex. 12.

QVAE-

Q. V. Æ. S. T. I. O. III.

S. I. N. T. N. E. M. A. X. I. M. E. V. N. I. V. E. R.

falia notiora nobis cognitione confu-
sa aetuali, an non?

A. R. T. I. C. V. L. V. S. I.

P. R. I. M. A. O. P. I. N. I. O,

eiusque argumenta.



ANC quaestionem Peripatetici omnes, praecipue Latini dissidentium opinionum varietate dubia reddiderunt. Nam D. Thomas in prooemio huius operis, & in 1. parte q. 85. art. 3. alijsque in locis putat primum cognitum ab intellectu nostro cognitione confusa aetuali, esse ens; Quod etiam videtur sen-

Assertores
partis affir-
mative.

Cū D. Tho. sentiūt AEgidius 7. Meta ph. q. 1. Alfo sus Toletanus 3. de anima q. 1. arti. 3. Thome. h. c. loco q. 5. Vi comercatus ad tex. proe m. Theophi lus Zimara 2. de anima ad tex. 12.

sisse Auicenna 2. lib. suae Metaph. cap. 1. Eandemque sententiā amplexi sunt alij ex Arabum disciplina, vt Auen Pace, & Algazellus. Praeterea Alensis in 1. & 5. Metaph. si eius est illud opus, Iandunus q. 5. huius libri, Aureolus apud Viguerium in 1. d. 2. q. 2. & vt videtur Richardus in 2. d. 24. q. 4. circa 3. princ. Caietanus ad 1. cap. lib. de ente & essentia, caeterique Thomisticae scholae alumni; quam hi D. Thomae sententiam nec eodem modo intelligunt, nec eadem ratione tuentur. Quidam enim essentialem ordinem in communibus naturis concipiendis ponunt. Ita vt necessario intellectus primo concipiat ens, deinde substantiam, tertio corpus, ac caetera deinde praedicata ordinatim vsq; ad hominem; idque potissimum aiunt provenire ex ipsa intelligibili specie, quae eiusmodi naturas non aequè primo, sed ordine quodam repraesentat. Alij inter entis duntaxat perceptionem, & quancunque aliam notitiam, essentialem ordinem statuunt, ita videlicet vt ens necessario prius concipiatur; quid verò post illud concipi debeat, non possit stata lege definiri.

Dissidium in-
ter Thomi-
stas de ordi-
ne cognosce-
di prius uni-
uersaliora,

Quod igitur ens primo à nobis intelligatur, his argumentis probari videtur. Natura in ijs, quae promouet de potentia ad actum, incedit ab imperfectis ad perfectiora; vnde illud in 8. huius operis lib. c. 7. tex. 58. dignitate prius, est origine posterius; quod certè in hominis procreatione videre est. Fætus namq; vt constat ex 2. de generatione animalium cap. 3. in utero matris primum accipit animam vegetatricem, tum sentientem, postremo rationis compotem. Imò & idem liquet in ijs, quae artis industria elaborantur; semper enim ars naturae aemula susceptum opus principijs leuioribus praetexit, & adumbrat; tū sensim expolit & perficit. Atqui noster intellectus,

1. argumen.

In generatio-
ne ab imper-
fecto ad per-
fectum pro-
motio est.

Ars naturae
m ula.

cum

le The
in, 1. de
a com.
eophi-
de anj
x. 12.

cum à principio sit veluti tabula, in qua nihil re ipsa depictum est, vt docet Aristoteles 3. de anima cap. 4. tex. 14. procedit de pura potētia ad actum intelligendi; ergo progreditur ab imperfectis ad perfectiora; atque adeo prius exprimit conceptum entis, qui omnium imperfectissimus est.

2. argumen.

Secundo, Ens in qualibet inferiori natura concretum, est causa cur eiusmodi natura sub intellectum cadat; siquidem vnūquodque intelligitur qua ens; ergo ipsum ens prius cognoscetur, si verum est illud Aristotelis 1. posteriorum cap. 2. semper, quod cuiq; rei vt sit, causa est, id potius est. Corroboraturque argumentum ex eo, quia esse intelligibile est vna è primarijs affectionibus, seu proprietatibus, quæ naturam entis consequuntur. Quare cum proprietates superiorum prius in superiora ipsa competant, quàm in partes subiectas decidant; prius enti conueniet intelligibile esse, quàm speciebus infimis. Ex quo fiet vt illius cognitio harum conceptus necessario antecedat.

3. argumen.

forma

Tertio, Ea notitia, quam vnaquæque potentia cognoscens primū elicit, est sui adæquati obiecti, vt id, in quod primum aspectus fertur, est color; sed obiectum adæquatum intellectus, vt colligitur ex ijs, quæ Aristoteles docet 9. Metaph. cap. 11. tex. 20. est ens in commune, ergo id primum à nobis cognoscetur.

4. argumen.

Certissimū principium, & velut norma ceterorū.

Quarto, Primum cognitum cōplexum est illud principium, impossibile est idem simul esse, & non esse; ergo & primum cognitum incomplexū est ens. Probatur antecedens, quia illud principium est certissimum & veluti norma ceterorum, vt constat ex Aristotele 4. Metaph. cap. 3. tex. 9. atque ita necesse est, vt eius nobis intelligētiā primo loco natura inferat, idque veluti ostium ad aliarum rerū notiones aperiat; Consecutio ostenditur, quia ens, & non ens sunt termini, ex quibus principium illud constat; principio autem non nisi apprehensis terminis assentiri possumus.

5. argumen.

Septimum beneficio notio es rerum nostris animis imprimuntur.

Feracior

Quinto, Eo ordine progreditur intellectus, dum vniuersalia intelligit, quo sensus dum apprehendit singularia; atqui sensus prius apprehendit singularia magis vniuersalium; ergo & intellectus magis vniuersalia prius intelliget. Maior propositio confirmatur, quia sicuti noster intellectus in hoc vitæ statu cognitionis suæ primordia à sensu capit, ita sensum præeuntem sequi debet, & id primum intelligere, quod ille prius obtulerit, ac renuntiari. Minor probatur; quoniam si videam procul venientem Socratem, primum quidē aliud quod animal esse coniector; hinc aliquem hominem, tandem Socratem; videlicet, quia prius offeruntur cognitioni nostræ communium proprietates, hinc minus communium, quoad ventū sit ad proprietates indiuiduorum.

6. argumen.

se manifesta

Sexto, Naturæ communiore sunt quædam tota comparatione minus communium; sed totum prius innotescit, quam eius partes, vt constat ex ijs, quæ Aristoteles in proœmio huius operis docuit;

ergo

F. Ma Liche Bargi d. 3. q. toni 9 es 1. M q. 10. 191. sic. Fr. 191. lectio facm

ergo prius naturæ communiores, quam minus communes à nobis intelligentur,

Septimo, Ea prius cognoscimus, quæ ad sui cognitionem pauciora requirunt; sed magis vniuersalia, sicuti pauciora prædicata sibi vendicant, ita pauciora requirunt ad sui cognitionem; ergo ea prius cognoscimus, 7. argumen.

Octauo, Cuilibet promptum est cõmunissima prædicata de inferioribus naturis enuntiare; cùm tamen de illorum infimis speciebus frequenter etiam inter sapientes magnæ quæstiones versentur, vt de lapidibus & herbis, quæ sub quo genere collocentur, scimus; ad quam verò speciem pertineant, sæpe ignoramus. Igitur notiora nobis sunt communiora, quàm minus communia prædicata; atq; adeò species non sunt primò cognitæ, 8. argumen.

ARTICVLVS II.

SECUNDA OPINIO,

eiusque confirmatio.

F. Maironius,
Lichetus, &
Bargius in 1.
d. 3. q. 2. An-
tonius Andre-
es 1. Metaph.
q. 20. Achilli-
us 1. sue Phy-
sic. Fracastor-
ius 1. de intel-
lectione sub-
stantiam.

Scotus in 1. d. 3. q. 2. & in 1. Metaph. q. 10. arbitratur id, quod sub nostram intelligentiam primò cadit, esse speciem infimam, & quò naturæ communiores sunt, eò à nobis difficilius apprehendi cognitione confusa actuali, de qua instituta hæc quæstio est. Cum Scotus sentiunt non ij tantum, qui eius doctrinam profitentur; sed alij etiam complures. Solet verò hæc opinio hisce ferè rationibus stabiliri. Ea prius cognoscimus, quæ sè sibus viciniora sunt, & à singularibus facilius abstrahuntur; atqui ita se habent species infimæ, cæteræque naturæ minus cõmunes; igitur eas primò cognoscimus. Maior propositio conspicua videtur, siquidē noster intellectus rerum notitiam non nisi per sensus aucupatur, nec vniuersalia nisi abstrahendo percipit. Minor ostenditur; nam quòd naturæ minus cõmunes sensui propinquiores sint, nemo inficias ierit; cùm illæ magis cohæreant cum singularibus, quæ non ex accidenti, vt vniuersales naturæ; sed per se, ac primaria ratione sensus afficiunt, vt est apud Aristotelem 1. Posterioris Analyticæ c. 24. Quod item naturæ minus vniuersales facilius abstrahantur ex eo conuinci potest; quia illæ maiorem cum singularibus cognationem & similitudinem gerunt; proindeque à paucioribus liberantur differentijs, veluti qui hominem & animal à Socrate euocat; hominem singulari duntaxat; animal verò & singulari & specifica exiit differentia.

Deinde, Metaphysica, & si inter omnes disciplinas naturali lumine inuentas, dignitate prima sit; ordine tamen acquisitionis vltimū locum habet nec nisi post alias scientias reperta est, igitur termini Metaphysicæ, qui omnium cõmunissimi sunt, veluti ens, bonū, sub-

Opinio Sco-
ti de primo
cognito.

caca

negam

52a
dyspè

Secunda ra-
tio.

stan-

stantiā, cæteri; eiusmodi vltimò in nostrā cognitionē deuenere. Ex quo sequitur maximè vniuersalia non primò à nobis apprehendi.

4. ratio.

Postremò, Idem confirmatur hac ratione, qua potissimum Scoti sententia nititur & illustratur. Causæ naturales non impeditæ edūt primò nobilissimum, quem possunt, effectum; sed ea, quæ ad primū actum intelligendi concurrunt, sunt causæ naturales: igitur si nihil impedimenti adfit, producent effectum nobilissimum, id est, conceptum speciei infimæ, qui inter omnes communium naturarum cōceptus, excellit. Propositio liquet. Nam cum causæ naturales, vt est apud Aristotelem 8. cap. secundi libri huius operis, naturæ necessitate agant, vtique totam vim suam agendo expromunt; quod philosophi vocant agere secundum vltimum potentia. Assumptio probatur, quia intellectiois causæ, præcurrentes quidem, sunt phantasmata, & intellectus agens; proximè verò effectrices sunt intellectus patiens & species intelligibilis, quorum omnium concursus actū voluntatis antecedit. Esse verò conceptum speciei infimæ, superiorum naturarum conceptibus nobiliorem, ex eo patet quia præstantiorem naturam repræsentat. Namque licet naturæ superiores plura sub se, & in sua potestate cohibeant; species tamen infimæ plura in se actu continent; cum omnes gradus superiorum in sua essentia includant: at rei cuiusque præstantia non ex ijs, quæ potestate sub se habet; sed quæ in se actu possidet, æstimanda est.

Causæ naturales totā suā vim agendo expromunt.

Præstantia rei cōmunit vn de æstimāda.

Aduersariorū subterfugium.

Collitur.

Nec huius argumenti vim effugiunt, qui dicunt intellectum in primo actu impediri à cognitione speciei infimæ, propterea quod cum mortali hoc, crassoq; corpore, quasi cæno, vt Plato ait, obrutus sit, non est ita expeditus vt syncerum illum intelligendi actum, qui circa speciem infimam est, elicere possit. Non, inquam, effugiūt; quia conceptus speciei non est adeò nobilis, vt ab eo propter coniunctionem corporis retardari intellectus debeat: quin verò, vt in progressu dicemus, experientia testatur prius intelligi à nobis rem singularem, cuius tamen conceptus nobilior est, quam speciei.

Zimara.
De anima ad
tex. 12.

ARTICVLVS III.

EXPLICATIO

quæstionis.

ANtequam propositæ quæstioni satisfaciamus, breuiter præmittimus; bifariam nos de cognitione magis & minus vniuersalium loqui posse. Vno modo, positis impedimentis ex parte distantia, medijs, potentia, & siquæ præterea esse possunt; de quibus Themistius 2. de anima c. 21. ad tex. 63. (Nam visus exempli gratia ad manifestā discretionem quatuor opus habet, iusto spatio, aere puro, illæso oculo, motu moderato) altero, remotis omnino

Item
us u
q. 1.
d. 1. q.
it. d.
Gab.
q. 1.

omninò impedimentis; quo pacto philosophi cum de re quãpiã ab-
solutè quærunt, loqui solent. Hoc constituto duabus assertionibus
res tota explicabitur.

Prima, Si nihil sit, quod impedimentum inferat, id quod ex com-
munibus naturis à nostro intellectu primùm concipitur, est species
infima. Hanc assertionem planè confirmant eæ rationes, quas arti-
culo proximo pro opinione Scoti adduximus; eiq; non pauca Ari-
stotelis testimonia suffragantur. Namque 1. Metaph. c. 2. & 1. po-
steriorum cap. 2. tex. 5. palam docet, ea, quæ sensui propinquiora
sunt, notiora nobis esse; natura verò notiora illa, quæ longius ab-
sunt à sensu; & vt quicquam generale & vniuersum est maximè, ita
esse à sensu remotissimum. Item lib. 2. poster. c. 18. tex. 27. asserit
intellectum abstrahendo progredi ab inferioribus, donec ad ea per-
ueniat, quæ in partes diuidi non possunt, id est, donec euadat ad ge-
nera summa, quæ extra generis & differentia compositionem confi-
stunt. Putat igitur Aristoteles non cõmuniores naturas, vt genera, &
ens; sed minùs cõmunes atq; adeò species infimas à nostro intellectu
priùs concipi; & ita eum interpretantur, defenduntq; Auerroes 3. de
anima com. 36. & 12. Metaphysicæ com. 4. Philoponus, & The-
mistius tùm hoc loco, tùm ad finem 2. lib. post. & Ammonius in præ-
fatione super Isagogem Prophyrij. Deniq; eadem sententia placuit
D. Augustino lib. 8. de Trinitate c. 5. & lib. 9. c. 6.

Sciendum tamen est, cum asserimus primùm intellectus nostri con-
ceptum esse speciei infimæ, id non ita accipiendũ quasi velimus in-
tellectum cum primò recipit imaginẽ intelligibilem, necessariò con-
ceptum naturæ specificæ confestim elicere. Haud enim ita res habet,
quia vt paulo post liquebit, cum res aliqua singularis sensui occur-
rit; id, quod primò apprehendimus, est ipsa met res singularis. Non
est autem necesse, vt tunc duplicem pariter conceptum eliciamus,
vnum indiuidui, alterum speciei. Imò experientia ipsa testis est ple-
runq; solã tunc rei singularis notitiam à nobis exprimi. Tantùm igitur
volumus siquem naturæ cõmunis conceptum in puncto illo tẽ-
poris, atq; in primo illo occurso, intellectus gignat, eum necessariò
fore speciei infimæ; non autem naturæ cõmuniõris. Addimus ta-
men neq; repugnare, neq; difficile omninò esse vtrũq; conceptum
vnã interdum elici, ab hominibus præsertim celeri & acuto prædi-
tis ingenio; maximè cum negari non debeat posse à nobis multa si-
mul apprehendi, vt probat Scotus in 1. d. 3. q. 6. Ockhamus in 2. d. 21.
Gregorius in 1. d. 1. q. 1. art. 3. & nos alibi ex professo ostẽdemus.

Secunda assertio, Si non amoucantur impedimenta, magis vni-
uersalia priùs à nobis concipientur, quàm minùs vniuersalia. In hac
assertione impedimentorũ nomine ea dũtaxat intelligẽda sunt, quæ
obstant ne ex imagine sensu percepta efformari possit notitia indi-
uidui speciei, sicuti accidit, cum v. g. obiectũ extra debitã distantia
occurrit; tũc enim priùs illud sub notitia indiuidui generis quã speciei

K sensu

Prima asser-
tio.

Prima

Ad sensu notit

Propinquiora
sensui, no-
tiora.

Auctoriũ testi-
monijs, com-
probat.

Explicatio
assertionis.

Primo conceptus
naturæ cõmunis
est infimæ
speciei.

logu.

Primo conceptus

Primo conceptus
naturæ cõmunis
est infimæ
speciei.

Primo

Noster in
tellectu plu-
ra simul co-
gnoscit.

Primo

2. assertio.

Item Liche-
tus in 1. d. 3.
q. 1. Bargius
d. 1. q. 4. Ma-
rit. d. 3. q. 11.
Gabriel. d. 1.
q. 1. corol. 6.

sensu dignoscimus, & quod inde consequens est, prius genus, sub quo ipsum continetur, quam speciem infimam intellectu apprehēdimus, vt quintum primi articuli argumentum concludebat.

Vnde probe
cur.

ARTICVLVS III.

DILVTIO QVA-

rundam obiectionum.

Obiectio. 1.

Sed cōtra primam assertionem superioris articuli sic aliquis opponet. Si conceptus rei communis, quem intellectus post acceptam rei imaginem primò elicit, necessario esset speciei infimæ, sequeretur reliquos item cōceptus, quos postea naturaliter gignit, infimarum specierum esse; cum in vtrifq; æqua ratio esse videatur: atqui oppositum docet experientia; sæpe enim non modò liberis, sed necessarijs quoq; intellectibus communiore naturas prius intelligimus. Non igitur inter naturas communes species infima à nostro intellectu primùm cognoscitur.

Obiectio. 2.

Deinde cōtra secundā cōclusionē ita obijcitur ex Scoto in 1. sent. loco cit. Id quod è loco remotiori sensum ferit, cum non possit non esse singulare alicuius speciei infimæ, cumq; agat quantum potest, necessario mittet imaginē, quæ ipsummet singulare definitè exprimat. Deinde ea imago, quia vna & homogenea est, vtiq; in qualibet parte spatij habebit vim repræsentandi idem; licet quò longius funditur, eò hebescat magis & obscurius repræsentet; igitur sèlus ea affectus adhuc eliciet expressam similitudinē eiusdē singularis determinati, eamq; transmittet ad phantasia; & ex consequenti, etiam positis impedimētis, prius specifica natura, quā generica cōcipietur.

Imago obie-
cti in traie-
ctione solum
vanescit.

Sol. 1. obi.

Hiscè obiectionibus ita occures. Priori quidem negando eandem esse rationem primariæ notitiæ, quam nimirum format intellectus, cum primùm rei imaginem recipit, & aliarum, quas genitis antea imaginibus educit. Nam cum primò imaginem recipit, excitatur determinaturq; tum ab imagine ipsa recens producta, tum à singulari sensibili interuētū phantasmatis, quod intelligentem speculari necesse est. Quo fit vt siquē in eo temporis momento conceptū rei cōmunis elieuerit, is necessario esse debeat naturę specificæ, cuius illud singulare est. Postquam verò intellectus speciebus intelligibilibus consignatus fuit, ea promptius apprehendit, ad quæ ipsum acrius excitari contingit; excitatur verò acrius ad ea, quorum memoriã identidē repetiuit, quorū sunt expressiora in sensu phantasmata; ac deniq; ad quæ is, qui intelligit quoquo modo magis afficitur, aut ab aliqua latenti causa ducitur, quæ, vt docet experientia, interdum sunt singularia; interdum minus, aut magis vniuersalia. Lege, si placet, quę in hęc sētētiã scripsit Fracastorius in 1. lib. de intellectu. Et Carpētarius in digres. de methodo Anal. sup Alcin.

Operatio
phantasie actū
intellectus su-
scitat, ac pro-
vocat.

Lege Scoti
in quolib. q.
21.
- 214 -
- 215 -
- 216 -
- 217 -
- 218 -

Poste-

Posteriori, omisissis controuersijs, hunc in modum satisfiet. Cōcedimus speciem quæ è remotiori loco sensui imprimitur referre adhuc determinatè totum singulare, à quo effluxit v. g. hoc albū. Negamus tamen potentiam videndi Socratis posse cum illa huius albi visionem elicere; quanuis huius colorati possit. Nam sicuti perceptio indiuidui speciei, quia perfectioris est obiecti, nobilior est, quàm indiuidui generis; ita expressiorem requirit imaginem. Ac quemadmodum hoc coloratum minùs perfectum est, quàm hoc albū (quia videlicet hoc coloratum importat genus cum differentia singulari, hoc verò album speciē, quæ genere perfectior est, cū eadē differentia) ita hoc coloratū ad sui expressionē non tam perfectā imaginē deponit, atq; adeo per illā, etiā euanescentē, abundè potētiē representatur.

Dubitauerit tamē quispiam hoc loco quī fieri possit, vt visio huius albi oriatur ab imagine, quæ eiusdem speciei sit cum ea, à qua huius colorati visio proficiscitur; si huius albi, & huius colorati, visio, vt est cōmunis philosophantiū vox, inter se specie differūt. Huic dubitationi occurrendum nihil mirum esse, quod ex vnius speciei imagine specierum diuersarum apprehensiones educantur. Non enim quælibet specie distinctæ apprehensiones specificam distinctionem imaginū, à quibus oriuntur, arguunt; sed adæquatæ duntaxat, specie diuersæ; ita videlicet, vt ea imago, siue sensilis, siue intelligibilis censeatur ab alia, distingui specie, quæ sic se habet, vt notitia, quæ ab ipsa adæquatè proficiscitur, ab alia adæquatè oriri nequeat. Eam vero notitiā ab imagine adæquatè oriri dicimus, qua quicquid imago expressè ac primariò representat, concipimus. Sicque intelligibilis imago propria hominis specie differt, ab ea, quæ propria est animalis; quia cōceptus ab illa adæquatè elicetus, ab hac adæquatè elicere non potest; cū illa hominem, hæc animal expressa, ac primaria representatione menti obijciat.

ARTICVLVS V.

DISSOLVUNTUR ARG.

gumēta initio quæstionis proposita.

Reliquum est, vt primi articuli argumenta explicemus. Ac maior quidem propositio eius, quod initio adductum est, explicatione indiget. Si enim significet omnia minùs perfectā necessariò anteire perfectioribus, apertè falsa est. Nam cor in animalium procreatione prius effingitur & cohæret; quàm partes aliæ minùs nobiles, & intellectus ipse in comparanda scientia progreditur ab assensu principiorum, qui assensui conclusionum excellit. Quod si maior propositio intelligatur de imperfectioribus, quæ ad alia tanquā præcurrentes dispositiones requiruntur; tunc vera quidē est; sed pbandum fuit conceptū entis necessariā esse dispositionē ad-

Solutio. obiecti

Perceptio indiuidui speciei expressiorem imaginē requirit.

Dubitatio.

Responsio.

formato

Quo pacto in generatione priora posterioribus imperfectiora sint.

e' forma aliorum

conceptum speciei infimæ, quod negamus. Addimus etiam in eli-
ciendis cõceptibus proficisci intellectũ ab imperfectioribus, quate-
nus procedit à conceptu confuso speciei ad distinctum eiusdem.

id est natura entis analogæ, quæ per omnia particularia entia funditur, causa est, cur vnumquodque sub intellectum cadat, quatenus esse intelligibile, enti vt propria ipsius passio, primò conuenit, ab illoq; in naturas inferiores quasi dilabitur. Verum hinc non colligitur ens prius actu cognosci, quàm species infimas: sicuti ex eo, quod potētia ad risum prius homini, quàm Socrati conueniat, non sequitur risum prius homini, quàm Socrati inesse.

*Explicatur ef-
fatum Aristo-
telicũ.*

acommodata

Solutio secundi, Ens concretum in qualibet natura inferiori, id-
est, natura entis analogæ, quæ per omnia particularia entia funditur,
caussa est, cur vnumquodque sub intellectum cadat, quatenus esse
intelligibile, enti vt propria ipsius passio, primò conuenit, ab illoq;
in naturas inferiores quasi dilabitur. Verum hinc non colligitur ens
prius actu cognosci, quàm species infimas: sicuti ex eo, quod potē-
tia ad risum prius homini, quàm Socrati conueniat, non sequitur ri-
sum prius homini, quàm Socrati inesse. Illud verò Aristotelicum
effatum ex primo posteriorum, sic deberet ritè aptari, vt eo loco do-
cuimus, ens in causa est cur species infimas concipiamus; siue ex cõ-
ceptu entis venimus in cognitionem specierum infimarũ; igitur ens
manifestius nobis est, quàm species infimæ. At enim antecedēs pro-
positio tunc falsa erit. Concluditur tamen hoc argumento ens sua-
pte natura prius cognoscibile esse, quàm inferiores naturas, licet nõ
prius cognoscatur à nobis, quorum cognitio, vtpotè à sensu orta, ab
inferioribus ad superiora paulatim euadit.

*Potētiæ sen-
sitiuæ nõ at-
tingunt rem
cõmunem.*

Solutio tertij, Si nomine adæquati obiecti significetur obiectum
commune ab inferioribus abstractum continens sub se omnia, quæ à
potentia attinguntur, maior propositio perspicuè falsa est; siquidem
potentiæ sensitivæ, neque primario, neque secundario actu rem cõ-
munem attingunt; sed singularem duntaxat. Si verò significetur ra-
tio, sub qua res in potentiam cadit; ita vt sententia sit, primam no-
titiã cuiusque potentiæ esse eius, quod participat rationem obiecti
adæquati; tunc maior propositio admittenda est; sed in eo sensu
dicendum ad minorem, non solum ens in commune, sed quodlibet
particulare ens esse obiectum adæquatum intellectus; siquidẽ om-
nia entia rationem cognoscibilitatis sibi vendicant: Aristoteles au-
tem cum docet ens in cõmune esse obiectum intellectus, non sumit
ens in cõmune etiã priori modo, sed prout inferiora comprehendit.

La mere

*Que princi-
pia intellec-
tui prius oc-
currant.*

*participante
& negar*

Solutio quarti, Principium illud impossibile est idem simul esse,
& non esse, non est primum cognitum complexum, quasi ex omni-
nibus principijs complexis primò occurrat. Nam sicut termini mi-
nus communes cognitu priores sunt; ita principia, quæ ex illis con-
stant intellectui se prius ingerunt. Dicitur tamen principium illud,
primum, ob nobilitatem perspicuæ certitudinis, quæ tanta est, vt
nemo illud, modò compos rationis sit, mente inficiari possit. Appel-
latur quoq; cæterorum principiorum norma; quod cætera eius ve-
ritate innitantur, & à priori per illud confirmari possint, vt alibi di-
ximus. Atq; hæ causæ sunt, ob quas natura illius principij intelligē-
tiam nobis primùm enodasse perhibetur; non autem quod eius vel
apprehensio, vel assensus, ordine inuentionis in nostro intellectu
prius gignatur.

se dij

Solu-

Solutio quinti, Hoc argumentum confirmat secundam tertij articuli conclusionem, nimirum, si obiectum sit extra debitam distantiam, prius à nobis magis vniuersalia apprehendi. Aduertimus tamen cum Scoto in 1. sent. loco cit. esto singularia magis vniuersalium è longiori distantia prius dignoscantur; non proinde tamen existimandū acrius ab ijs sensum moueri, quam à singularibus minus vniuersalium. Id enim acrius mouet, quod actuosius est, seu, quod magis actū participat; hoc autem esse singulare minus vniuersalium, nemo negarit. Quo fit vt causa, ob quam prædicta singularia magis vniuersalium facilius dignoscantur, non ad maiorem ipsorum in agendo efficacitatem; sed imperfectionem potius referenda sit, quia videlicet ad sui notitiam, minus expressam imaginem deponunt, yti superius disseruimus.

Singularia magis vniuersalium non agunt efficacius.

idem

Solutio sexti, Cum naturæ cōmuniore sumuntur, vt tota quædam sunt, respectu minus communium; non vt tota actualia; sed vt tota potentialia spectantur, sicq; non iam in cognitionem confusam actualem; sed in potentialem cadunt. Quo liquet sextum argumentum à propositæ disceptationis, in qua de cognitione confusa actuali agitur, scopo aberrare. Erit tamen operæ pretium decernere hoc loco qui nam ordo sit cognitionis confusæ potentialis. Sunt, qui asserant magis vniuersalia secundum eiusmodi cognitionem interdum nobis notiora esse; videlicet cum cognitio confusa potentialis, & distincta actualis in eandem incidunt; veluti cum animalis essentiam ignoratis speciebus, quæ sub eo continentur, penetramus. Sed non rectè sentiunt. Nam cognitio distincta actualis magis vniuersalium, sublatis impedimentis, semper est posterior confusa actuali minus vniuersalium, vt ex dictis constat. Quare semper confusa potentialis minus vniuersalium erit prior confusa potentiali magis vniuersalium; proindeque absolute statuendum est cognitionem confusam potentialem minus vniuersalium semper antecedere cognitionem eiusdem generis circa magis vniuersalia. Hoc posito respōdetur ad argumentum non omne totum via inuentionis prius à nobis concipi; quam partes; sed id tantum, quod sensui magis appropinquat; hoc autem è communibus naturis est species infima. Neque oppositum docet Aristoteles in proœmio, vbi de progressu cognoscēdi auscultatorio, accuratæque doctrinæ, disputat.

Quid à nobis primò intelligatur notitia confusa potentialis.

Solutio septimi, Ex eo, quod naturæ magis vniuersales pauciora in se prædicata cohibent, rectè colligitur eas ad notitiam distinctam actualem paucioribus egere; atque ita eo cognitionis genere prius à nobis concipi. Verum eadem ad notionem cōfusam actualem plura requirunt, quatenus à pluribus abstrahendæ sunt, quam naturæ minus communes.

Naturæ magis vniuersales plura exigunt ad confusam sui notitiam.

Solutio octaui, Receptis iam intellectu speciebus plerumq; magis vnicuique in promptu est communiora prædicata apprehendere, & de inferioribus enuntiare, propterea quod illa, vt in pluribus infunt

Cōmunitas magis in promptu est, quam differentia.

insunt, ita frequentius occurrunt, atque adeo magis innotescunt. Sed enim hoc non impedit quominus cum rei imago in intellectu primum gignitur, prius species infima, quam vlla natura superior, sublatis impedimentis concipiatur, quæ fuit nostra prima conclusio in tertio huiusce disputationis articulo; quam etiam solam argumenta Scoti, & ex mente ipsius, & re ipsa colligunt; vnde non est, quod à nobis soluantur.

Q V Æ S T I O. IIII.
S I T N E S I N G V L A R E P R I M O
cognitum à nostro intellectu, an non?

A R T I C V L V S I.
Q V Æ A R G V M E N T A S V A D E
re videatur prius vniuersale, quam
singulare à nobis intelligi.



SUPERIORI questione comparauimus naturas vniuersales inter sese; nunc easdem cum singularibus conferemus. Quod igitur vniuersales cognitione confusa prius ab intellectu nostro percipiatur, defendunt Thomistæ propè omnes, & ex Scoti sectatoribus non pauci; idq; hisce ferè argumentis stabilire nituntur.

Hos retulimus superius arti. I. q. 3.

Primum argu.

Primum, Cū omnis nostra cognitio per species fiat, ea prius cognoscere intellectus debet, quæ ipsi directo prius & clarius ab specie intelligibili representantur; sed ita se habent naturæ communes. Nam eæ primaria & formali expressione in specie continentur; singularia verò non nisi implicite & virtute: igitur prius naturæ communes, quam singulares à nobis percipiuntur.

Ex d. Tho. I. contra gent. c. 48.

2. argumen.

Deinde, Materia est in causa, cur res materiales minùs facile à nobis intelligantur; ergo ea, quæ maximè sunt in materiam demersa, vt singularia, difficiliùs ac posteriùs ab intellectu nostro percipiuntur. Probatum assumptum, primum, quia vnūquodque intelligitur ex suo actu, vt Aristoteles docet. 9. Metaph. c. 11. tex. 20. at materia non actus est, sed potentia. Secundò, quia vt aduertit Plotinus Ennead. 5. lib. 5. cap. 1. cognitum debet esse cognoscenti cognatum, vnde omnis cognitio, vt est communis philosophorum sententia, tradita in opere de secretiore sapientia secundum Aegyptios cap. 3. lib. 2. fit per assimilationem inter vim cognoscentem, & rem cognitam; at intellectus cum immaterialis sit, admodum est materiae dissimilis.

Omnis cognitio simili ordine sic cognoscetis est cognitio.

Item,

Item, pueri, quorum vox, naturæ ipsius vox esse videtur, principio quemlibet virum vocant patrem, qualibet feminam matrem. Igitur naturæ ductu prius communem rationem patris, quam huius patris apprehendunt; atque adeo non prius singulare, quam vniuersale intelligunt. Quare & Aristoteles in proœmio huius operis ab hoc puerorum exemplo argumentum duxit ad comprobandum vniuersalia tum magis, tum prius nobis esse manifesta.

Ad hæc, Vniuersale est obiectum intellectus, singulare obiectum sensus, vt testatur Aristoteles hoc in libro cap. 5. tex. 49. ergo intellectus prius vniuersale cognoscit, quam singulare; alioqui prius tenderet in non suum, quam in suum obiectum. Huc pertinet, quod etiam Aristoteles eodem loco ait, repetitque in 5. lib. Metaph. cap. 11. tex. 16. nimirum singulare esse primo notum sensui, vniuersale verò intellectui.

Postremo, singulare intelligitur à nobis reflexè, vt asseruisse videtur Aristoteles 3. de anima cap. 4. tex. 10. ergo eius cognitio posterior est, quam rei vniuersalis. Consecutio patet, quia omne reflexum est posterius directo. Liqueat etiam priuatim ex ipso progressu cognitionis reflexæ, quam D. Thomas in disputatis, quæst. de anima art. 20 & alibi, ac nonnulli eius lectatores in hunc ferè modum explicant. Cùm rei alicuius notitia mentem subit, ducitur primum à phantasmate & intellectu agente quasi intelligibilis quædam linea, quæ deinde procurrit ad intellectum patientem; inde ad rem vniuersalem specie repræsentatâ, tum à re vniuersali inflectitur ad phantasma, & ad rem singularem, quæ illius quasi inuolucro obtegitur, hoc est, vt planius dicamus, imprimitur à phantasmate, & intellectu agente in patientem species intelligibilis, tunc intellectus patients ea informatus gignit conceptum rei vniuersalis; mox attendens ad suum actum, aduertit illum genitum fuisse ab specie, speciem à phantasmate, phantasma à re singulari, atque ita tandem in hoc flexu deprehendit rem singularem, & existit in mente quidam veluti circulus intellectualis, quem Aristoteles significauit similitudine lineæ inflexæ, quæ in se ipsam veluti recurrit, cùm ex recta inflectitur in orbem.

Alij verò cognitionem reflexam singularis hoc modo fieri arbitrantur. Percipit intellectus naturam cõmunem v. g. hominis; tunc quia aduertit illam non separatim ac per se cohærere; sed necessariò in aliquo singulari existere, colligit dari aliquod singulare, in quo sit, atq; ita dicitur singulare ipsum arguendo, ac reflectendo cognoscere. Patet igitur notitiam reflexam singularis, siue hoc, siue illo modo contingat, posteriorem esse, quam conceptum naturæ communis; quãdoquidem semper intellectus extremo loco naturã singularem apprehendit.

ARTI

3. argumen.

4. argumen.

5. argumen.

particulari

Progressus ad cognitionem reflexam rei singularis ex quo. undam sententia.

etra

u dobra

secobra

amet

Intellectus circularis

Alia ratio explicandi modum cognitionis reflexæ

Impugnatio prioris modi cognitionis reflexæ

Etiam in...
D. Thom. opus. 1. q. 86. art. 1. Feraciss. 5. de anima q. 33. Hispani in 1. d. 39. q. 2. art. 3. Capre. in 1. d. 35. q. 2.

Vt Caietan. 1. p. q. 86. art. 1.

CONCLVDITVR SINGV-

laria priùs, faciliùsque à nobis intelli-
gi, quàm vniuersalia.

Conclusio.

Eius assertores.

in forme.

ASserendum tamen est priùs à nobis singularia, quàm vniuersalia intelligi. Quod præter alios sentit Durandus in 2. d. 3. q. 7. Ochamus in 1. d. 3. q. 5. Gregorius ibidem q. 3. Apollinaris 3. de anima q. 13. Burlæus, & Marsilius hoc loco. Hanc sententiam, qui species proprias rerum singularium in intellectu dari arbitrantur ex eo maxime cõprobare possunt, quòd intellectus priùs consignetur specie rei singularis, quam vniuersalis, faciliùsque ac promptius excitetur ad eliciendum cõceptum adæquatum tali speciei, exprimentem scilicet totum id, quod species repræsentat, hoc est, ipsam rem singularem, quàm ad formandum conceptum nature communioris, ad quam ea species nec primariò, nec adæquate inclinēt. Verùm quia illustrior, magisq; Peripapetica est contraria opinio prorsus negans intellectui eiusmodi species intelligibiles, quæ adæquate repræsentēt singularia (qua de re 3. de anima) nos illi modò insistentes ea probatione non vtemur. Nec verò desunt aliæ satis firmæ ad propositum concludendum.

Quod igitur conceptus rei singularis priùs, faciliùsque à nobis eliciatur, quàm rei vniuersalis ostendi potest, primò; quia singulare est propinquum sensui, à quo intellectus hoc statu cognitionem mutuatur, & in actu suo pendet. Quare priùs fertur intellectus ad singulare ipsum, quàm ad vniuersale concipiendum.

Secundò, Conceptus rei singularis, cum sit notitia præstantioris nature, perfectior est, quàm conceptus rei communis in eadem serie: ergo priùs, saltem origine, ab intellectu nostro gignetur. Probaturs consecutio, quia, vt Scotus rectè argumentabatur, causæ naturales, cum nihil impedimenti subest, mox producunt nobilissimum effectum, quem possunt: at verò cum primùm ex phantasmate rei singularis transmittitur species rei communis in intellectum, dantur causæ, quæ sufficiunt ad productionem conceptus rei singularis; nimirum eiusmodi species, & phantasma; nec quicquam est quod impediatur. Quare is conceptus priùs omnino elicietur.

Tertio, Experientia ipsa dux philosophiæ ac magistra veritatis palam testatur, cum res aliqua singularis sensum ferit, nihil priùs à nobis concipi, quàm rem ipsam singularem: aduersatur ergo experientia, qui negat singularia priùs à nobis intelligi.

Postremò, Si intellectus nõ intelligeret singularia nisi reflexè, & eo præsertim modo, quem aduersaria partis auctores tradunt, sequeretur in primis nullum singulare à nobis determinatè concipi, sed

Eandem sequitur Ioannes Maior in 1. d. 3. q. 4. Baconus ibi dē q. 1. Nicholus 1. Metaph. disput. 11. Trombeta 7. Metaph. q. 7. Antonius Andreas q. 14. Ioannes Canonius 1. hysl. q. 2. Thomeus 3. de anima ad tex. 11. Ficco tommeus in sua Phil. Moral. gradu. 4. cap. 18.

Opinio magis Peripapetica non dari species rerum singularium.

Experientia dux philosophiæ.

Impugnatur prior modus cognitionis reflexe supra explicatus.

sub

sub notitia vaga duntaxat. Nam si nullum hominis v. g. indiuiduū apprehendimus nisi scrutando singulare, à quo species hominis in commune genita est (qui erat prior modus explicandi cognitionem reflexam) cum eiusmodi species à Socrate, vel à Platone, & alio quouis homine sine discrimine emitti potuerit, certè ea ratione ad nullum hominis indiuiduum definitè perueniemus. Idemque accidet, si singulare non percipiamus, nisi dum arguendo aduertimus communem hominis v. c. naturam necessariò re ipsa in aliquo singulari existere, quo pacto alij cognitionem reflexam explicabant. Etenim cum hominis natura in omnibus suis inferioribus contineatur, non magis ad hoc singulare, quàm ad illud eo pacto ducemur. Rursus si prior ille modus cognitionis reflexæ verus esset, sequeretur conceptum rei singularis efformari non posse, nisi interposita lōgiori mora, dum scilicet intellectus eiusmodi recursus obit; imò nec elici nisi ab homine exercitato, quique prius ab alio edoctus fuerit, quomodo quasi filo, vt in Dædali labyrintho, viam regens per circuitus illos, & ambages, ad phantasma redeat. Quare minùs fuisset à natura homini consultum, cui tam perplexa & difficilis via data esset ad intelligenda singularia, in quibus tractandis omnis eius vita versatur.

Refellitur po
terior.

Ad hoc

ARTICVLVS III.

DILVNTVR ADVERSARIAE PARTIS ARGUMENTA.

NVnc eorum argumentis occurramus, qui ostendere nituntur prius vniuersalia, quàm singularia in nostrum intellectum cadere. Ad primum dicendum non oportere prius intelligi id, quod species primariò repræsentat; sed id, ad quod magis excitatur intellectus; magis autem excitatur, ac ducitur ad intelligendū singulare, licet inadæquatè, & implicite in specie intelligibili repræsentatum; quia phantasma, quod in sensu interno intellectui assistit, est ipsius singularis, præualetque ad determinandam ad illud intellectionem ob dependentiā intellectus nostri à sensu, hoc rerū statu; quantumvis species intelligibilis ex se magis ferat ad rē vniuersalē.

^a Secūdi argumenti explicatio vt illustrior sit, aduertendum est duobusmodis dici posse cognitionē impediri à materia; vno ex parte subiecti; altero ex parte obiecti. Ex parte subiecti; quia quò illud magis materiale est; eo minùs idoneum ad vim cognoscendi; cum semper hæc non nihil abstractionis à materia desideret. Vnde Aristoteles 2. de anima c. 12. tex. 124. causam cur plantæ cognitione prorsus careant (etsi eis Plato quasi dormientem sensum dederit) ad ipsarum cōcretionē, & vt vocant, materialitatē refert. Contra verò quò

Quo pacto
materia impe
dit cognitio
nē.

L res

Ex Henrico
Gandauensi
1. par. summ.
ut. 36. q. 1. le
getiam pro
tadē re Auer
oem disput.
1. contra Al
gazellem D.
Tho. 1. sent.
23. q. vnic a
n. 1. & 1. c. o
tragent. cap.
44. Zimara
in theor. p.
pos. 1.

saem Mante ob ni-
mis terreſtre
corporis cō-
pagem ſenſu
sarent.

Intellectio
non magis à
materia rei
ſingularis quā
vniuerſaliſim-
peditur.

Cerebriante

nemberto Cerebri hu-
miditas intel-
ligēdi actum
interturbat.

tenbas

pinco ep

is nigro Notitia vaga
ſingularium.

Obiectū adæ-
quatum intel-
lectus.

ser magis no tra

res magis à materia emergunt, eò perfectiorem obtinent cognoscēdi gradum, vt videre est in bellua, homine, & angelo: hominis enim cognitio perfectior est, quā belluę, quia forma hominis potest extra materiam coherere, non autem belluę: & angeli item cognitio nobilior, quā hominis, quia angelus prorsus materia vacat, non homo, qui ex corpore & animo constat. Iam verò ex parte obiecti dicitur materia impedire, seu retardare cognitionem ob eas potissimum causas, quæ in proposito argumento continentur. Verum si quis animum aduertat facile videbit ex nulla earum colligi posse intellectionem plus à materia rei singularis, quā vniuersalis impedi-ri. Non enim materia rei singularis aut magis potentia est, aut intellectui dissimilior, quā materia rei vniuersalis. Nam quod obijciūt naturam singularem magis esse materia demersam, id est, constitui ex materia magis contracta; id nihil momenti habet. Non enim cōtractio illa difficiliorem reddit apprehensionem rei singularis; quin verò naturæ communes non nisi beneficio singularium, quæ primò in sensus, deinde in intellectum species imprimunt, intelligi à nobis possunt. Quo fit vt materia indiuidua non modò non impediatur, aut retardet cognitionem; sed pro sua etiam parte iuuet, ac promoueat, quatenus est in re singulari, à qua omnis nostra cognitio ortū habet.

Ad tertium, dicendum cum Gregorio in 1. d. 3. quæst. 4. art. 3. & Ochamo d. 3. quæst. 6. pueros non iccirco primū omnes viros patres appellare, quod communem patris, aut viri rationem primò concipiant, sed quia humore, & ea, quam humor exhalat, nebula cerebrum occupante, adeò in illis interior sensus obductus est, adeòq; imperfectè & quasi per vmbra operatur, vt singularia illa non nisi sub imperfecta & vaga notione percipiant, nec parentes ab alijs dignoscant, donec vi discernendi polleant, quæ ætate procedente sensum emergit. Quòd si aduersariorum ratio concluderet, eodem modo, vt auctores citati animaduertunt, probari posset belluas primū naturam communem apprehendere, quam ne apprehendunt quidem. Videmus siquidem agnos recens natos quamlibet ouem, quasi matrem sequi; nimirum quia dū vegetiori carent sensu, omnes oues tanquam matres apprehendunt. At enim quia vaga illa, & confusa singularium notitia, quatenus circa nullum singulare definitè versatur, conceptui confuso rei vniuersalis admodum cognata est; ideò Aristoteles ab ea sumpsit argumentum, quo vniuersalia prius à nobis intelligi comprobauit,

Ad quartum, respondendum est adæquatum obiectum intellectus, vt ex 9. Metaph. cap. 11. tex. 20. colligitur, non esse vniuersale; sed ens in tota suæ significationis amplitudine, quo pacto tam vniuersalia, quā singularia complectitur: dici tamē interdum vniuersale, obiectum intellectus; quia cognitio vniuersalis, propria illi est, vtpote, quæ soli intellectui competit, & si non sola; seu (quod eodē redit) quia intellectus per vniuersaliū cognitionē præstat sēsui qui

Leged. Tho.
1. p. q. 101. ar.
2. & in 2. sen.
d. 23. q. 2. ar.
Galenū lib. 3.
de loc. affect.

qui licet singularia percipiat, ultra ea tamē nō ascendit. Reliqua verō Aristotelis testimonia intelligenda sunt de cognitione scientiæ, qua intellectus, vt ex 1. libro posterioris Analyticæ constat, vniuersalia per se ac primò contemplatur; singularia verò non nisi ex accidente & secundaria ratione,

Quinti argumenti solutio plus habet difficultatis; illo namque Aristotelis testimonio ex c. 4. lib. 3. de anima, tanquam gladio Delphico variè vtuntur Peripatetici. Nonnulli, è quibus est Henricus Gandauensis quod lib. 5. q. 15. D. Thomas, eiusq; sectatores & plerique alij, quorum explicationem in argumento retulimus, elicere ex eo conatur singulare posterius à nobis intelligi; alij intelligi prius. Atque ex hisce posterioribus est Gregorius Ariminensis in 1. d. 3. q. 3. art. 2. & Burlæus initio huius libri. Reiecta tamen huiusce rei pleniori disceptatione ad eum locum tertij de anima, breuiter hic dicendum Aristotelem vel nihil ibi de discrimine inter directam, & reflexam cognitionem tradere voluisse; sed docere duntaxat animam percipere vniuersale alia facultate distincta à sensu, quo singulare percipit; distincta quidem, vel re ipsa, vel sola ratione; sicuti linea flexa sola ratione differt à se ipsa protensa; quod admodum probabile est. Vel, si etiam directæ, & reflexæ cognitionis discrimen indicare voluit, haud obscure cognitionem reflexā, quam singulari attribuit, priorem fecisse directā, quam assignat vniuersali. Hæc est enim eius loci sententia; Anima percipit vniuersale, sicuti eum extensa fuerit linea flexa; quasi videlicet mens in cognoscendo singulari prius se inflectat ad seipsum, postea vero recto intuitu sese ad percipiendum vniuersale conuertat, At neque iuxta hanc expositionē dici debet singulare cognosci reflexè, sed inflexè potius, vt ex contextu Græco planum est. Vnde patet Aristotelem eo loco, aut neutri parti præsentis controuersiæ, aut nostræ potius fauisse. Lege etiā Fonseca lib. 1. Metaphys. cap. 2. q. 3. sect. 5.

QVAESTIO. V.

VTRVM SINGVLARE

substantiæ, an accidentis à nobis
primò intelligatur.

ARTICVLVS I.

QVIBVS ARGVMENTIS

videatur primò intelligi singulare
substantiæ.

L

Sup

Explicatur lo-
cus Arist. in 3.
de anima.

Singulare nō
tam reflexè,
quam inflexè
à nobis intel-
ligi.

l. Tho.
101. ar.
2. sen.
2. ar.
u lib.
a. affe.

Legit Henr.
supra p.
14.



Aristot.

D. Dionys.

In simū sum-
mi coniungi
tur sumo in-
fimi.

...
...
...

Socrada
prind

Plato.

D. Augustinus

*Varie sentē-
tię de singula-
ri primò co-
gnitio.*

Vperiore disputatione statuim⁹ prius à nobis singulari, quā vniuersale intelligi; sequitur vt quodnam illud singulare sit, accidentis ne, an substantiæ, videamus. Quod igitur singulare substantiæ in nostrum intellectum primò cadat, suaderi potest in primis testimonio Aristotelis 7. Metaphysicæ cap. 1. tex. 4. vbi ait substantiam esse cognitione priorem accidentibus. Deinde hac ratione. Id intellectus primò concipit, quod primò cogitativa apprehendit; nam & cum hac primò coniungitur intellectus agens; sed cogitativa primò apprehendit substantiam singularem, ergo & intellectus. Maior proposito suadetur quia ex doctrina D. Dionysij cap. 4. de diuinis nominibus, infimum summi coniungitur summo infimi; summum autem inter potentias cognoscentes est intellectus; infimum verò facultas sensitua: itemque omnium intellectuum, humanus infimus est, & inter omnes sensitrices facultates cogitativa summa habetur. Minor probatur, quia cum substantiæ cognitio, accidentium perceptione nobilior sit, illam prius, quam hanc cogitativa eliciet, si causa naturalis non impedita edit primò nobilissimum effectum, quem potest.

Item, Anima nihil prius, quam se ipsam intelligit. Non ergo prius accidens, quam substantiam percipit. Probatur antecedens, nāque id anima prius intelligit, quod ipsi maximè præsens est; nihil autem illi, magis quam ipsa sibi cohæret, ac præsto adest.

Deniq; Quod saltem Deus in hominis intellectum primò cadat hunc in modum ostenditur. Id, in quo cætera cognoscimus, & quo de alijs iudicamus, primò nobis perspectū esse oportet; vnde prius lucem, quam colores sentimus, & principijs, quam conclusioni, prius assensum damus; sed quicquid cognoscimus, non nisi in luce primæ veritatis cognoscimus, & per eam de cæteris iudicamus, vt scripsit Plato in Timæo, & D. Augustinus 12. libro de Trinitate cap. 2. Igitur primò cognitum à nobis est veritas prima, idest, Deus.

ARTICVLVS II.

QVÆSTIONIS

explicatio.

IN hac quæstione diuersi diuersa, atq; aduersa sentiūt. Etenim sūt, qui putent substantiā nō modò nō intelligi à nobis primò, sed ne intelligi quidem, nostramq; omnem perscrutationem circa substantiarum inuolucra, idest, accidentia, immorari, nec ad ipsam rei essentiam, aut substantiam peruenire. Quod re lege, si placet, Nicolaum Cusam in libris de doctâ ignorantia, & in 3. Idiota dialogo copiosè differentem. Alij censent prius concipi à nobis substantiam, quam

Parte 1.

Lege Henr.
ū quodl. 3. q.
12.

quàm accidens; & ex his quidam prius vniuersale, alij singulare; rursumque ex his postremis quidam singulare vagū, alij determinatū.

Sit tamē conclusio: Singulare, quod à nobis primò concipitur, est singulare sensibile, determinatum, non substantiæ, (si eius formale spectetur) sed accidentis concretè sumpti. Hæc conclusio intelligi debet sublatis impedimentis. Probaturque sigillatim. Nam cum nostra cognitio ortum habeat à sensu, eoque vtatur velut præuio satellite, id primò mentem subit, quod primò sui speciem in sensu imprimit: hoc autem, vt ex superioribus constat, si nihil obfit, est singulare sensibile determinatum. Esse verò huiusmodi singulare nō substantiæ; sed accidentis, inde suadetur, quia substantia non mittit sui similitudinem ad sensum, alioqui esset sensibilis per se; quod negat Aristoteles 2. de anima cap. 6. tex. 65. Deniq; debere id esse singulare accidentis concretè, non abstractè sumpti, ex eo ostenditur, quia vnaquæque res ita sensu percipitur, vt in eum agit. Quare cum singulare sensibile non nisi concretè sumptum agat. (Neque enim id, quod calefacit est hic calor, sed hoc calidum, docente Aristotele in lib. de sensu & sensili cap. 6. quia actiones sunt singularium per se existentium) fit vt singulare sensibile concretum primò sub sensum cadat, & ex consequenti primū ab intellectu percipiatur. Adieci-mus verba illa, si eius formale spectetur, quia cum concreta accidentium, quæ sui speciem in sensu mittunt, substantias connotent, necesse est, vt tam ipsa, quam substantiæ, eodem actu apprehendantur; sed hæc vt connotatæ, & accidentibus inuolutæ, ac proinde secundaria ratione, & implicite; illa vt formaliter significata, atq; adeo primò & per se.

Ex his, quæ hæcenus docuimus, licebit colligere id, quod inter naturas cōmunes à nobis primo loco intelligitur, esse naturam specificam eius accidentis, quod amoris impedimentis prius sub sensu cadit; quod asserit Scotus 7. Metaph. q. 3. & Iandunus ibidem, alijque non pauci.

ARTICVLVS III.

OCCVRRITVR PRI-

mi articuli argumentis.

AD primum argumentū initio quæstionis propositum dic Aristotelem eo loco septimi Metaph. loqui de accidente secundum accuratam & distinctam cognitionem, quæ per auscultationem habetur; quo pacto substantia cognitione prior est; cum sine illa accidens nec absolute intelligi, nec perfecte definiri possit. Nos verò in præsentia agere de accidente secundum notitiam confusam via inuentionis.

Ad

Conclusio

*page, ou huiusmodi**fuer mal, empica*

Aristoteles
de anima
cap. 6. tex. 65.
de sensu & sensili
cap. 6.
actiones sunt
singularium
per se existentium.

adieci-
mus verba illa
si eius formale
spectetur.

Solu. 1. argu.

in da amin
si actu uia
zo se ip
intelligit
Solutio 1. argu.
Solu. 1. argu.

Quo pacto
substantia sit
cognitione
prior accide
te.

*quia de
doutina*

Solutio 2. argu-
menti.

Ad secundum, Supposita nunc illa sententia quę præter sensum communem, plures sensus internos facit; quod an ita sit in libris de anima disquiretur; respondemus in primis negando maiorem propositionem. Non enim intellectus agens cum sola cogitatrice potētia iungitur; sed cum phantasia quoque, imò & cum sensu communi, vt quidam putant. Quare cum hæ facultates sola accidentia percipiant, solam accidentis similitudinem vnà cum intellectu agente in patientem primò inferent. Quod verò ad illud D. Dionysij effectum spectat, dicendum erit omnes internos sensus reputari summū inter potentias cognoscitiuas organicas. Aliter etiā eidē argumento occurri potest, videlicet admittendo maiorem propositionem cum Ianduno 1. de anima q. 10. & Caiet. 1. p. q. 85. art. 1. sed negando minorem. Licet enim cogitativa ex accidentis similitudine imaginē substantiæ effingat: tamen saltem prius natura apprehēdit accidens, cuius speciem à phantasia recipit, esto illius, quàm huius, apprehē- sio nobilior sit. Est enim rata naturæ lex, vt quælibet potentia id, saltem prius origine, concipiat, cuius similitudine primò excitatur. Adde etiam cogitatricem vni non nisi arguendo, & quodam veluti discursu, vt pleriq; arbitrantur, ad apprehensionem substantiæ de- venire, proindeq; non posse non imaginem accidentis, cum qua in- tellectus agens mox concurrat, sibi prius efformare. Denique Ri- chardus in 2. d. 24. q. 3. circa 3. principale, Heruæus quodl. 3. q. 12. negant substantiam ab vllō sensu percipi. Quæ sententia in vtramq; partem probabilis est: placuit autem affirmatiua D. Thomæ in 4. d. 49. q. 2. art. 2. & in opusc. 29. Auerroi 2. lib. de anima comm. 63. Caiet. 3. p. q. 76. art. 7. alijsque compluribus. Qua de re luculen- ter scripsit Mirandula lib. 5. de examine vanitatis cap. 10.

Altera solu-
tio eiu sde ar-
gu.

Cogitativa
prius, saltem
natura, appre-
hendit acci-
dens, quàm
substantiam.

3. solutio alio-
rum.

Sol. 3. argu.

Ad tertium, dicito ex doctrina D. Augustini lib. 14. de Trin. c. 6. dupliciter intelligi posse mentem nostram sibi præsentem esse, vide- licet præsentia essentiali; quia nimirum à se ipsa non abest: vel obie- ctiva, quia sibi met conceptu aliquo obijcitur. Priori modo non pos- se quicquam prius, aut magis præsens illi esse, quàm ipsa sibi est: pos- teriori prius sese illi exhibere rem singularem sensibilem, cuius spe- ciem recipit, maxime cum se non nisi actu reflexo intelligat, post- quam videlicet ad alia protensa in se ipsam recurrit. Quod Aristote- les significauit 5. de anima cap. 4. tex. 8. aiens cum intellectus singu- la intelligibilia effectus fuerit, tunc demū sui ipsius capere notionē.

Anima nō ni-
si actu reflexo
se ipsam
intelligit.

Solutio 4. ar-
gumenti.

Ad quartum, ommissa longiori disputatione, quā persequitur Hē- ricus Gand. 1. p. summæ art. 24. q. 7. & D. Tho. opusc. 70. q. 1. ar. 3. & 1. p. q. 88. art. 3 & Scotus in 1. sent. d. 3. q. 4. respondendum est ea quæ intelligimus, non dici apud Platonem & D. Aug. perci- pi à nobis in luce primæ veritatis tanquam in re cognita; sed tan- quam in ratione cognoscendi, id est, non quasi dum quidpiam intel- ligimus ipsam primam veritatem prius cognoscamus: sed quia nihil in nostrum intellectū cadit, nisi quatenus in eo prima veritas elucet,

Yule
ofit
sit
gan
3b
3019

Quo pacto
anima in se
reciproce le-
ge D. Tho-
mam 1. p. q.
87. ar. 1.

Hac de re D.
Grego: 19 Na
zi. in factu la
uacru orat. 3.

& participatur, & sacrum illud ac diuinum lumen, vt rebus ipsis ve-
ritatem, ita nobis vim eius percipiendæ, tuendæque largitur, vt ex
eodẽ Platone D. Gregorius Nazianzenus inquit. Enim verò quod
ipsa prima veritas in se sumpta à nobis haud primò cognoscatur ex
eo planum est, quia in hoc vitæ statu ad naturalem Dei cognitio-
nem nõ nisi ex antecedente sensibilibus rerum notitia prouehimur.
Atque hæc de ordine vniuersalia, & singularia à nobis intelligendi
fatis sint.

Nihil intelli-
gimus nisi lu-
mine è diui-
nè lucis fonte
ad nos deflu-
ente

Capitis secundi explanatio.



RESOLVTO huiusce discipline proœmio, sequitur tractatio ipsa, in qua
Aristoteles imitatus naturam, quæ à principijs opus inchoat, disputatio-
nem rerum naturalium ab earum principiis orditur. Seruat autem in horum
peruestigatione cum ordinem, ac methodum, quam ipse ante præscrip-
erat. Nam prius quam de singulis principijs particularim disserat, commu-
nes, ac generales eorum quæstiones pertractat, & ante omnia veterum se-
tentias cõmemorat, vt ex earum dijudicatione firmior, atq; illustrior sit veritatis explicatio.

Methodus
Aristotelicæ
doctrinæ.

CAP. II.

Textus 6.



Necessè^a est itaq; aut vnum esse principium, aut
plura: atq; si vnum, aut immobile, vt Parmeni-
des, & Melissus inquirunt: aut quod moueatur,
vt Naturales philosophi quorum alij primum
principium ignem statuunt, alij aquam: at si plura, aut fini-
ta, aut infinita: & si finita, vno autem plura: aut duo, aut
tria, aut quatuor, aut numero quopiam alio: si infinita, aut
generis eiusdem, specie differentia, vt Democritus, aut etiã
contraria. b Non aliter inquirunt, qui ea quæ sunt quot sint
scrutantur. Nam de his primum quærent è quibus sunt en-
tia, vtrum vnum an plura: & si plura an finita, an infinita.

Textus 7.

Quare inquirunt an principium, & elementum vnum sit, an
multa. c Consideratio igitur de eo quod est, an vnum sit, &
immobile, Naturalis non est. Nam vt Geometriæ nulla con-
tra eum remanet ratio, qui principia tollit: sed aut alterius
est scientiæ, aut omnium communis: sic neq; ei, qui de prin-
cipijs differit.

Textus 8.

Quantum si mobile. Rursu, si plura, aut finita, aut infinita; si finita, aut duo, aut tria, aut alio
certo numero cõprehensa. Si infinita, aut generis eiusdẽ, sed specie, & figura, sitaq; diuersa; aut
genere etiã differentia, & inter se pugnancia. Igitur Parmenides, & Melissus vnum duntaxat
principium, idque motus expers inuexere, infinitum Melissus, Parmenides finitum. Dioge-
nes Apolloniates, Anaximenes, Anaximander, & Thales vnum etiam, sed infinitum, & mo-
bile. Hippasus, & Heraclitus vnum quoque, veruntamen finitum & mobile. Plura verò cer-
to numero comprehensa constituerunt Plato, Empedocles, & Pythagoræi; Plato tria, Em-
pedocles quatuor, Pythagoræi decem. Infinita generis eiusdem, specie & figura discrepantia
Leusippus, & Democritus: generis diuersi, & inter se contraria, Anaxagoras. Quo autẽ mo-
do singuli sua dogmata intellexerint, ac defenderint, patebit in progressu, nosque id in quæ-
stione de numero principiorum locupletius exponemus.

b Non aliter inquirunt } Variè hunc locum explicant Alexander, Simplicius & Averroes.
Videtur tamen significasse Aristoteles hanc, quam sequitur, philosophandi rationem, scru-
tando nimirum Physicarum rerum principia, nequaquam nouã esse, cum eam alij ante ipsum
vius-

a Necessè est itaq;
Tradit modos, qui-
bus principia statui
posse videantur, vt
ex ijs omnibus eos,
quos probarit, ex-
cerptat, & principio-
rum numerum sta-
tuat; nõ omnes ta-
men recëset: vt añ-
notarunt D. Tho-
mas, Averroes, &
Simplicius; sed qui
magis ad tem præ-
sentem faciūt. Pos-
sunt verò ij ad hæc
summam, partiti-
onẽque redigi. Opõr-
tet, aut vnum esse
principiũ, aut plu-
ra: si vnũ, aut mo-
tus expers, aut mobi-
le; si motu expers, aut
finitum, aut infini-

Modi, quibus
principia vi-
dentur posse
statui.

Qui vnum
principiũ fe-
cere.

Qui plura fi-
nita.

Qui infinita.

vsurparint: qui cum eorum, quibus vniuersitas constat, numerum, seu multitudinem inuestigarent, re ipsa nihil aliud, quam quot essent rerum initia disquirebant.

c Consideratio igitur (Antequam eorum placitum confutet, qui vnum immobile fecere principium, ostendit non esse Physici negotij contra eos, qui ita senserint, disputationem inire; sed ad aliam id facultatem, altiore ve scientiam attinere; eo quod Physiologie tollant principia, quibus sublati omnis Physica disputatio collabitur, & euanesceat.

d Quando principium non est) Ostendit eos, qui vnum duntaxat principium, idque motus expers faciunt, Philosophiæ Naturalis principia tollere. Primum, quia ita vnum faciunt principium, vt asserant vnum tantum esse in natura ens; cum tamen ratio principij multitudinē arguat; siquidem omne principium refertur ad id, quod ab eo dependet, aut aliquo modo originem capit. Deinde, quia negant motum, atque adeo totam eueitunt naturam, que principium motus, & quietis dicitur. Quare perinde esse cum his philosophis disputa-

Qui motum negant, naturam tollunt.

Heraclitus.
σχοτεινός

re, atque cum Heraclito, aut alio, qui omne, quod est, vnum hominem esse diceret. Porro Heraclitus cognomento tenebricosus, vnus fuit ex antiquioribus Philosophis, de quo illud narrant memorabile, quod quoties domo egrediebatur, flebat; sicuti & Democritus ridebat; quod alteri omnia, que agimus, miserie; alteri ineptie videbantur. Dicebat quoque Heraclitus rem nullam, ob perennem agitationem, quam voluitur omnia, magis hoc, quam suum oppositum esse; negabatque, vt quidam tradidere (etsi non tam animi assensu, quam cōcertandi studio) communissi-

d Quando principium non est, si vnum tantum est, hoc que modo vnum. Alicuius enim est, aut aliquorum id, quod est principium. Considerare itaque an hoc modo vnum sit, perinde est atque contra aliam quamuis positionem, que sermonis gratia affirmetur, qualis est Heracliti, aut si quis id quod est, hominem vnum esse dixerit disserere; aut contentiosam rationem diluere, quales quidem Parmenidis, & Melissi ambæ sunt rationes; quippe que, & falsa assumant, & non recte concludant. Magis tamen Melissi ratio importuna est, & dubitationem non habet; sed absurdo vno dato cætera accidunt. In hoc verò nulla inest difficultas. Nos autem ponamus que natura constant aut omnia, aut quedam moueri; quod quidem inductione est manifestum. At neque omnia diluere conuenit; sed ea tantum, que ex principijs demonstrando falsa concludunt; que autem sic non concluduntur, minimè: sicut vt quadrationem, que per segmenta fit, Geometrie est dissoluere; at eam, que Antiphontis haudquaquam. Sed quanquam nature consideratio hæc non sit; quia tamen, quod dicunt, naturales dubitationes habere accidit, bene res fortassis se habuerit, si de eis aliquantisper disseruerimus. Nam philosophiam habet consideratio.

Textus 9.

Textus 10.

Textus 11.

Textus 12.

Prin-

imum, ac notissimum illud axioma, Impossibile est idem esse & non esse. Lege Aristotelem 4. Metaph. cap. 3.

Plato.

e Nos autem ponamus) Ostensus Plato lib. 10. de legibus esse Deos, sumit prius, vt rem omnium oculis peruiam, dari in nature vniuersitate motum. Hunc locum imitatus Aristoteles eadem hypothese vtitur. Statuendum, inquit, est hoc Physiologie principium satis manifestum, videlicet. res Physicas motu cieri, siue omnes in vniuersum, siue earum saltem aliquas; alterutrum nanque ad rem propositam sufficit; & tamen hoc principium inficiantur Parmenides, & Melissus; cum omne quod est vnum tantum, idque a motu liberum faciant. Quare cum tam longo itinere a Physiologia deflexerint, non erit Philosophi Naturalis cum ijs disceptare, & eorum rationes coarguere, sed eas, que seruatis nature principijs, non recte colligunt.

Quadratura circuli.

Antiphon.
Hippocrates

f Vt quadrationem que) Quemadmodum, inquit, Geometrie est dissoluere rationes, que per segmenta circularum quadrare nitentur, non autem rationes quibus ad id Antiphon vcebat, ita nec Physico incumbit Parmenidi, & Melisso respondere. Hunc locum vt intelligas aduerte quadrare circulum esse reperire aream quadrati equalem aree circuli. In huius autem rei peruestigatione diu elaborarunt ante Aristotelis tempora multi excellenti ingenio Mathematici, atque inter alios Antiphon, & Hippocrates Chius, quorum meminit Aristoteles 1. libro posterioris Analytice cap. 7. tex. 23. & 1. Meteororum cap. 6. & 1. Elenchorum cap. 10. sed

neuet

neuter eorum circulum quadravit, tamen si peius Antiphonti res processerit, qui inter argumentandum nonnulla Geometricis principiis repugnantia sumpsit. Quam ob causam non attinet ad Geometram eius diluere rationes.

Hac de re luculenter scripsit hoc loco Simplicius ad tex. II. & ex recentioribus Petrus Nonius, & Ioannes Bruteon in libellis, quibus accuratè demonstrant frustra Orontium conatum fuisse prædictam quadraturam ostendere. Vtrum verò ab alijs inventam fuerit quæstio est. Nam Boetius in categoria relationum affirmat inventam, quod etiam Iamblichus visum fuit, ut testatur Simplicius hoc loco. Alij tamen id pernegant. Sanè hisce proximis annis post diuturnam eius rei commentationem, eam tradidisse putatur Clavius in suis commentarijs super Euclidem ad calcem libri sexti. Et verò siue ita res habeat, siue non, parum omnino ad huius loci explicationem refert.

g Sed quanquam | Tametsi ad Physicum non spectat aduersus Parmenidè, & Melissum dis-

Textus 13.

Principium autem omnium accommodatissimum est, quoniam modo qui omnia unum esse inquirunt, h (cum ens multis modis dicatur) id inquirunt. Vtrum omnia substantiam, an quantitatem, an qualitatem. Rursus vtrum omnia substantiam unam, ceu hominem unum, aut equum unum, aut animam unam, an qualitatem: hanc verò unam, ut alborem, aut calorem, aut eius generis aliquid. Hæc namq; omnia inter se plurimum differunt, & dici non possunt. Nam si

Textus 14.

substantia, & quantitas & qualitas sunt, & hæc quidem seu separata ab inuicè, seu non separata, entia sunt multa: si verò omnia sint qualitas, aut quantitas (seu substantia sit, seu non sit) absurdum est: si tamen quod esse non potest, absurdum dicendum est. Aliorum etenim nullum præter substantiam est separatum, quando omnia de subiecta substantia dicuntur. Sed Melissus id, quod est, infinitum esse ait.

Textus 15.

Quapropter id, quod est, quantum est quoddam, cum in quantitate sit infinitum. Substantia verò aut qualitas, aut affectio infinita esse non potest, nisi ex accidenti, si quanta quedam sint simul. Nam infiniti ratio quantitate utitur: non substantia, aut qualitate. Si igitur & substantia, & quantitas sint, duo sunt entia, non unum.

Si

ferere, inquit tamen cum eis Aristoteles disputationem, propterea quod hæc persecutio aliquot naturales dubitationes attingat, & alia quedam, etsi à Physico, non tamen à Philosopho aliena. Ita hunc locum interpretati sunt Themistius, & Simplicius, etsi Alexander, Porphyrius, & Averroes aliter contextus verba distinguentes putarint significari ab Aristotele Parmenidem & Melissum de natura dicere, sed que afferunt, non continere naturales dubitationes. Prior tamen interpretatio & veritati consona, & germanior habetur.

h Cum ens | Assumpta, ut Alexander

ait, Metaphysici persona duobus argumentis procedit Aristoteles contra Parmenidem, & Melissum. Primum, quod ab amplitudine entis, & multiplici eius significato ducitur, ita se habet. Cum ens multifariam, ac de multis dicatur nempe de substantia, de quantitate, deque alijs primis rerum generibus, querimus quo nam pacto entis nomen usurpent, cum omnia unum esse dicunt? aut enim unum duntaxat entis significatum sumunt, nempe substantiam, aut quantitatem, ita ut ex eorum placito omnia sint vel substantia, vel quantitas; aut omnia simul, ita ut non inficiantur dari substantiam, & quantitatem, ceteraque entia; sed tamen afferant ea non esse plura. Si priori modo accipiant, vel eiusmodi ens erit aliquid commune, vel singulare. Si commune, necessario multa sub se comprehendit, atque ita plura iam admittere cogentur. Si singulare, aut illud est substantia sine accidentibus, aut accidens sine substantia; si primum non poterit esse quid finitum, vel infinitum, ut ipsi appellant, cum finitum, & infinitum sine affectiones quantitatis: si verò secundum, sequitur dari accidens extra subiectum, quod fieri nequit. Iam verò si posteriori modo capiant, secum ipsi pugnant, dum enim substantiam, dum quantitatem, dum qualitatem dari in rerum natura inquirunt, plura concedunt entia, que tamen alioqui negant, dum omnia unum esse asserunt. Nullo igitur modo Parmenides & Melissus suam tueri sententiam possunt.

M

i Præ-

Iamblichus.

ob officio

totum

audiri

Themistius, & Sim-

plicius, etsi Alexander,

Porphyrius, & Aver-

roes aliter contextus

verba distinguentes

putarint significari ab

Aristotele Parmeni-

dem & Melissum de

natura dicere, sed que

afferunt, non conti-

nerent naturales dubi-

tationes. Prior ta-

men interpretatio &

veritati consona, &

germanior habe-

tur.

h Cum ens | Ass-

umpta, ut Alexander

ait, Metaphysici persona

duobus argumentis procedit

Aristoteles contra Parmeni-

dem, & Melissum. Primum,

quod ab amplitudine entis,

& multiplici eius significato

ducitur, ita se habet.

Cum ens multifariam, ac

de multis dicatur nempe

de substantia, de quantitate,

deque alijs primis rerum

generibus, querimus quo

nam pacto entis nomen

usurpent, cum omnia unum

esse dicunt? aut enim unum

duntaxat entis significatum

sumunt, nempe substantiam,

aut quantitatem, ita ut ex

eorum placito omnia sint

vel substantia, vel quantitas;

aut omnia simul, ita ut non

inficiantur dari substantiam,

& quantitatem, ceteraque

entia; sed tamen afferant

ea non esse plura. Si priori

2. argum.

i Præterea cum ipsum quoque vnum } Eisdem infectatur, & premit ratione desumpta ex
 varia significatione, vnius, hunc in modum. Cum Parmenides & Melissus omnia vnū esse autu-
 mant, vel intelligunt vnū continuum, vt magnitudinem; vel vnum quid diuisionis expers, vt
 punctū; vel ratione omnino vnū, qualia sunt gladius & ensis (quod enim intelligere neque-
 ant vnum analogia, vel genere, aut specie paulo ante demonstratum fuit) si vnum continuū,
 iam concedunt plura actu, vel potestate; cum omne continuum infinite secari possit. Si
 vnum diuisionis expers; tollunt igitur quantitatem, & qualitates eidem inherentes; atque
 adeo finitum, & infinitum; quod ipsorum positionem plane euertit. Ostendit verò Aristo-
 teles finitum non esse indiuisibile: quia finitum est, quod finem obtinet, hoc verò indiuisibili
 non competit, cum sit ipse finis.

Omne conti-
 nuum infini-
 tē secari po-
 test.

Quæstio de
 toto, & par-
 tibus.

K Est autem de parte } Quia continuum, quod dixit potestate plura esse, totum quod-
 dam est, dubitationem inserit de toto, & partibus vtrum sint vnum, an plura, & quo nam
 modo? Ac quod nō

sint vnum proba-
 ri posse inquit ex
 eo, quia si totum est
 idem, quod pars, iā
 partes idem inter se
 erunt; videlicet quia
 quæ sunt idem in
 vno aliquo tertio,
 inter se quoque idē sūt.

I Sed si entia } Ac-
 cedit ad aliud pro-
 positę diuisionis mē-
 brum. Si velint, in-
 quit, omnia ratione
 vnum esse, iam He-
 raclitici dogmatis
 rei tenentur; cogun-
 tur enim fateri can-
 dem prorsus esse cō-
 trariorum rationē,
 vt atrī, & candidi;
 imò & contradicē-
 tium, vt candidi, &
 non candidi; pro-
 indēq; idē esse ens,

& non esse ens. Ex quo tandem sequitur omnia esse nihil. Sic enim licebit argumentari. Ea-
 dē est ratio atrī, & candidi; sed atrū est non candidū; & nō candidū non ens; non ens autē
 nihil; candidū igitur nihil est. Quod etiā de ceteris pari ratione cōcludi poterit. Hic aduerte
 huiusmodi consecutiones non simpliciter; sed ex hypothese vim habere, si videlicet demus
 omnia vnum quid omnino esse, vt Parmenides & Melissus ponere videbantur. Quorum ta-
 men dogma an ita se habuerit suo loco expendemus.

m Sed posteri quoq; } Reprehensionis aculeos conuertit in quosdam Philosophos, qui ne
 eandem rem & vnū, & multa esse dicerent, atq; ita Parmenidi, & Melisso cōsentire videretur,
 non audebant pronuntiare Socratē esse album, aut Philosophum; sed alij quidem, vt Lyco-
 phron, verbū, est, ē medio tollebant, appellantes Socratem album, Socratem Philosophum.
 Alij amoto verbo, est, alia verba vsurpabant, aientes Socratem albere, Socratē philosophari.

n Quasi ipsū } Ait Lycophronem, & alios ideò in eam incidisse turbationem, quod ignora-
 rent ens, & vnum dici multifariam; docetque perperam eos verbum, est, ē sermone tollere.
 Enim verò licet Socratem album & musicum esse pronuntiemus; non proinde concedimus
 idem eodem modo sumptum vnum & plura esse; sed album, & musicum, quatenus in So-
 crate insunt, esse vnum quid subiecto; ratione verò, & essentia plura. Ex quo etiam fit, vt
 Socrates ipse, de quo ea enuntiantur, non eodem modo vnum & plura dici debeat. Si-
 cuti magnitudinem asserimus vnum esse & plura; sed vnum actu; potestate verò plura.
 Porro non conuenit hoc loco inter expositores qui nam ij fuerint, qui ad tollendam

Ens, & vnū
 multifariam
 dici.

*Si sola substantia infinitum non erit, nec vllam habebit
 magnitudinem, quandoquidem esset quantū quoddam. i Præ-
 terea cum ipsum quoque vnum perinde atque ens multis mo-
 dis dicatur, quonam modo ipsū vniuersū inquit vnū esse cō-
 siderandū est. Dicitur autē vnū, aut continuū, aut indiuiduū,
 aut quorū essentia ratio vna est, & eadē. Si igitur id, quod
 est, cōtinuū est, multaprofecto est, cū infinite diuidi cōtinuū
 possit. Est autem de parte, & toto dubitatio fortassis ad
 rationem non pertinens, sed ipsa per se, vtrum pars & totū
 vnum sint, an plura, & quo pacto vnum aut plura, et si plu-
 ra, quomodo plura, quæ eadem ratio de partibus non cōtinu-
 is. Etsi vtraque pars cum toto vnum sint, vt indiuiduū, quod
 ipse quoque inter se vnum erunt. At verò si vt indiuiduum;
 nihil quantum erit, aut quale, neque igitur infinitum id quod
 est, vt ait Melissus, neque finitum, vt Parmenides, cum fi-
 nis indiuiduus sit, non id quod est finitum. I Sed si entia om-
 nia ratione sunt vnum, vt vestimentum, & tunica; sit vt eū-
 dem, atque Heraclitus, sermonem pronuntient. Boni enim,
 & mali, atque etiam non boni, & boni eadem erit essen-
 tia.*

Textus 16.

Textus 17.

Textus 18.

Textus 19.

Qua-

mul-

multitudinē, quā putabant in uchi verbo, est, ipsum in aliud cōmutabant. Aphrodisiensis credit fuisse Platonem, cuius sententia non probatur Simplicio, & quidem meritò. Constat enim ex Philebo, Sophista, & Parmenide Platonem neque usum verbi, est, ab eiusmodi enuntiatis sustulisse; neque ignorasse eandem rem vnum quid, & plura alio, & alio modo dici posse.

Habes hoc cap. ad tex. 8. tritū illud Philosophorū axioma; Cōtra eos, qui principia negāre nō esse disputādū. Quod etiā ante Arist. usurpauit Hippocrates in lib. de hominis natura. Est autē huius axiomatis ea ratio, quia pronūtiata cuiusq. scientiæ innitūtur principijs, quę si negentur, probari in eādē scientia non possunt. Vel enim per alia principia ostenderentur, vel per effecta. Nō per alia principia, cū ponimus ea etiā negari. Nō per effecta; quia qui ita est alicui scientię infensus, ut manifesta eius principia inficietur, etiā rationes ab effectis ductas inficiabitur. Nullo igitur pacto principia scientię probari in eādē scientia possunt. Quid igitur? Nū si principia negentur, disputatio omnis cōtinuò silebit, & aduersariorum peruicacia impune

Philosophicū axioma.

Dub.

Resp.

Quapropter bonum, & non bonum idem erunt, & homo itidem, & equus: ac sermo de eo non erit, quod vnum sint entia, sed de eo, quod nihil sint. Quin etiam id erit, tale esse, ac tantum. m Sed posteri quoq. perinde, ac veteres, turbati sūt, timentes ne ipsis eueniret, ut res eadem vnum esset, & multa. Quapropter alij ipsum, est, auferebant, ut Lycophron, alij dictionem immutabant, ut hominem albere dicerent, nō autem album esse, ne ipsum, est, adijcientes, multa id facerent, quod vnum est; n quasi ipsum vnum, aut ipsum ens vno modo diceretur. Multa verò sunt entia, aut ratione, ut, exempli gratia, alia est albi essentia, alia musici, atque res eadem vtrunque est, aut diuisione, ut totum & partes; quo sanè in loco hæsitabant, & vnum multa esse fatebantur, perinde quasi res eadem vnum, & multa (quanquam non opposita) esse non posset. Est verò ipsum vnum, & potest a te, & actu. His igitur, qui hoc modo aggrediuntur, videtur fieri non posse, ut ea que sunt, vnum sint.

abibit? Minimè. Sed si ea scientia, cuius principia aduersarij inficiatur, subalternata sit, à subalternante opē requiret. Si nō sic, ad primam Philosophiam prouocabit, ut eam illa suppetijs communiū principiorum à calūnia vindicet. Posset quoque opem à Dialectica, uti sibi ad rem propositam vtunque confirmandam probabilia suggerat argumenta. Sūt enim hæc primę Philosophię, ut discipuli

narum omnium Regiņ, itemque Dialecticę, ut communi earundem administrę commissa munera. Quod ex ijs, quę primo libro prioris Analyticę cap. 8. tex. 27. & 1. Topicorum cap. 2. apud Aristotelem leguntur, manifestum est.

Primæ Phil. & Dialecticę munia.

Q V Æ S T I O. I.

D I S T I N G V A T V R N E T O.

tum re ipsa à suis partibus simul sumptis; an non?

A R T I C V L V S I.

Q V Æ A R G V M E N T A A F F I R.

matiuam quæstionis partem ostendere videantur.

M 2

Pro

Palam esse
totum distin-
gui re ipsa à
qualibet par-
te.



PROXIMO cap. tex. 17. inseruit Aristoteles quæstio-
nem de distinctione totius, & partium; quæ si de partibus
singulatim spectatis intelligatur, facilem habet explica-
tum, sicuti difficilem ea, quæ est de distinctione totius à
partibus simul sumptis. Nam quòd totum à qualibet par-
te re ipsa differat, ex eo perspicue patet; quia alioqui, ut
Aristoteles loco citato disputat, vna pars esset idem re cum alte-
ra, siquidem, quæ vni & eidem sunt eadem, inter se quoque eadem
sunt.

De quo toto
sit quæstio.

Num verò totum re ipsa à partibus simul sumptis dissideat, an-
ceps omnino quæstio est; eaque à nobis in præsentia discutietur. Nō
quærimus autem de toto per accidens aut ex aggregatione, cuius-
modi sunt homo albus, lapidum aceruus; nec de toto Metaphysico,
veluti de animali, prout ex genere & differentia constat; nec etiam
de toto vniuersali, ut de eodem animali, quatenus habet sub se speci-
es. Nanq; Philosophorum prope omnium consentiens opinio est
hæc à suis partibus non distingui. Tantum igitur in controuersiam
vocamus, an totum physicum, verbi gratia, homo, quatenus ex cor-
pore & animo coalescit; aut totum integrum, seu, uti vocant, inte-
grale, ut magnitudo, à suis partibus simul sumptis re ipsa differat.

Aff. partis af-
fectores.

Partem affirmatiuam tuentur Auicenna lib. 3. Metaph. c. 4. Scotus 8. Metaph. q. 4. & in 3. sententiarum d. 2. q. 2. eiusque sectato-
res eodem loco, Heruæus quodlibeto 2. q. 14. Caietanus in cōment.
3. partis, ad articulum quintum quæstionis sextæ, Capreolus in 3.
d. 2. q. vnica, art. 1. Burlæus hoc loco, Ferrariensis tum q. 5. huius li-
bri, tum 4. contra gentes, ad cap. 81. Zimara in theorematis propo-
sitione 75. & alij; quanquam duo hi posteriores de quolibet toto in-
tegrali, sicuti & Ioannes à Neapoli quodlib. 2. q. 7. de toto homo-
geneo contrariè opinantur. Porro cum multis modis vnum ab alio
re ipsa differre possit, non asserunt huiusce opinionis auctores distin-
gui totum à collectione partium se toto, id est, per quâlibet sui par-
tem; nec per aliquid sui, id est, per aliquam sui partem; sed se toto,
id est, naturæ suæ integritate; vel (quod eodem recidit) quia totum
fit tertia quædam res, atque vnumquid per se; partes verò non nisi
plura, et si incompleta, utpote, ex quibus totum ipsum conerescit &
coagmentatur. Probatur verò hæc sententia his argumentis.

Inter eos dis-
sidium.

Argumentum.

Primum, Generatio est mutatio vna; habet ergo vnum simpli-
cem terminum: sed is non est relatio vnionis, siue nexus materiæ &
formæ; tum quia alioqui nulla esset generatio substantialis; siquidē
nō substantia, sed accidēs gigneretur; tū quia, ut Aristoteles docet 5.
lib. huius operis cap. 2. tex. 10. ad relationem non fit per se vlla mu-
tatio: nec etiam est forma, ut constat ex 7. Metaph. cap. 8. tex. 26.
& 27. & multò minùs materia; cum generationi supponatur, & ab
ortu interituque libera sit; nec denique potest esse materia, & forma
vnitæ; quâdoquidem quocunque modo accipiantur non sunt vnū,
sed

Maironius
in 3. d. 1. q. 10.
Lichetus d. 2.
q. 2. Bassolius
in 2. d. 12. q.
2. Argentinas
d. 15. q. vnica
art. 4. Anto-
nius And. 7.
Metaph. q. 18
Iauellus quæst.
vlt.

sed plura. Erit igitur aliquid aliud ab his re ipsa distinctum, id est, totum. Corroboratur verò eiusdem argumenti vis, primùm quia aliquando nulla parte intereunte totum corrumpitur, vt patet in interitu hominis: deinde quia in morte Christi seruatoris nostri reuoluta vnione partium humanitatis cum Verbo dissoluta est vnio Verbi cum humanitate; quod fieri non potuisset, nisi alia esset vnio inter Verbum & humanitatem; alia inter Verbum, & partes simul sumptas. Ex quo sequitur humanitatem, & partes, non esse idem.

Secundò, Nihil potest se ipsum realiter cõponere; alioqui idem sibi ipsi causa esset, quod fieri posse negãt, omnium philosophorum assensu, Plato in Hippia Maiori, & D. Aug. 1. de Trin. cap. 1. sed partes realiter componunt totum; non sunt igitur ipsum totum. Nec satisfaciet qui dicet partes nõ collectim, sed sigillatim acceptas totum conficere. Enim verò totum non ex partibus diuulsis, sed in vnum collectis, fit.

Tertio, Si totum per se non distingueretur re ipsa à suis partibus, sequeretur contra commune philosophorum placitum nihil esse discriminis inter totum per se, & totum ex aggregatione. Probatum sequi. Nam si totum per se est suarum partes: cum partes sint plura entia, & omne totum, quod est plura, sit totum ex aggregatione, planè fit, vt totum per se sit totum ex aggregatione.

Quarto, Accedunt ad hanc sententiam confirmãdam Aristotelis testimonia. Nam initio 2. de anima tex. 2. & lib. 7. Metaph. cap. 3. tex. 7. & lib. 12. cap. 3. tex. 14. Archytam Tarentinũ imitatus diuidit substantiam in materiam, formam, & compositum; asseritque hæc esse tres substantias. Item 5. lib. Metaph. cap. 14. tex. 19. ait sex non esse bis tria; sed semel sex. & lib. 7. capite 17. tex. vltimo syllabam, Ba, non esse B. & A. & eodem libro & cap. carnem non solum ignem ac terram, aut calidum frigidũque; sed etiam aliud quidpiam esse; & apertius 8. lib. cap. 6. tex. 15. omnium, quæ partibus constant, totum non esse aceruo simile; sed aliquid præter partes. Videtur igitur Aristotelicę doctrinæ prorsus consentaneum, totum re ipsa à partibus suis distingui.

ARTICVLVS II.

ARGVMENTA PRO

negatiua parte quæstionis.

Contrariam opinionem amplexi sunt de Græcis Themistius, Philoponus, Simplicius, Alexander, & Eudemus. Ex Latinis Dur. in 3. sent. d. 2. q. 2. A Egid. Rmo. hoc loco, Gregorius Arim. in 1. d. 24. quæst. 1. art. 1. cæterique è schola Nominalium.

Idem

Qui auctores negatiua part. tueantur.

Boetius.
Plato.
1. ratio.

Idem etiam videtur sentire Boetius in lib. de Trinit. cap. 3. & Plato in dialogo de vno omnium principio. Suadetur autem hæc sententia hunc in modum. Primum, quæcunque ex eisdem constant partibus, re ipsa idem sunt; sed totum, & formæ, ac materiæ collectio, constant ex iisdem partibus; ergo re ipsa idem sunt. Maior propositio conspicua est & ab aduersarijs in hac ipsa disputatione inculcata. Assumptio ostenditur. Nam quòd illa collectio per se sumpta, se-mota tertia entitate; constet ex partibus, non videtur quo pacto negari possit. Cur enim homo albus, cæteraque id genus composita, constare partibus dicentur; nõ verò collectio illa formæ & materiæ? At quòd constet ex iisdem, quibus totum, luce clarius est. Quòd si quispiam ex eo velit huiusce argumenti robur infringere; quia pari ratione ostendi etiam posset totum non distingui à partibus separatis; siquidem tam disiunctarum, quàm coeuntium inter se partium collectio ex iisdem fit partibus: is facile reuincetur, propterea quòd satis pateat non eandem esse utrobique rationem; quandoquidem partibus disiunctis deest vnio, sine qua totum per se non cohæret, quæ non deest partibus conjunctis, à quibus duntaxat hæc opinio totum non distinguit.

Item Paludanus in 3. d. 1. q. 1. Niphus 7. Metaph. q. 19. Achillius lib. 1. de elementis q. 24. Scotus & Toletus hoc loc. viraque vero partem tenent Scotus. 7. Metaph. q. 12.

Refellitur ref-
ponso.

Deinde, si totum physicum re ipsa differret à suis partibus, quia ab illis componitur; sequeretur totum ex aggregatione, vt aceruum lapidum, re ipsa quoq; à suis distingui, quod aduersarij negant. Probatum sequi. Etenim sicut homo v. g. ex materia & forma; ita aceruus lapidum ex lapidibus coalescit: alioquin totum nõ esset. Quòd si quis occurrat aceruum lapidum componi ex partibus non collectim; sic enim ab illis non differt; sed singulatim sumptis; idem de toto per se dicetur.

2. ratio.

Rursus, quæcunq; in rebus creatis realiter differunt, essentia quoque distinguuntur: atqui totum & partes non distinguuntur essentia; ergo nec realiter. Maior probatur, quia cum realitas deferat se-cum essentiam, vbicunq; alia fuerit realitas, aliam dari essentiam oportebit, excepto mysterio Trinitatis, cui id proprium ac peculiare est, vt vnitas identitasque eiusdem numero essentia nõ impediatur realè personarum distinctionem. Minor autem ex eo suadetur, quia essentia totius nihil est aliud quàm suæ partes, vt essentia hominis physicè considerati, materia & forma. Vnde & homo definitione physica essentiali per nihil aliud, quàm per suam materiam & formam, à Philosophis defini consuevit.

3. ratio.

Præterea, quidquid aduenit enti constituto iam in actu, est accidens, vt constat ex ijs, quæ tradit Aristoteles hoc in libro c. 8. à tex. 75. atqui tertia illa entitas totius, si datur, aduenit materiæ copulata cum forma, quæ est actus: igitur tertia illa entitas est accidens, nõ substantia: sed accidens esse non potest, vt nemo nõ videt; quis enim dicat humanitatem esse accidens? ponenda igitur non est.

4. ratio.

Item, si totum non esset res eadem cum suis partibus, possent di-

Ex. D. Tho. 4. cõtra gẽt. cap. 81.

5. ratio.

uina

inculcata

refellitur

inter

Len

se a' hã

uina virtute conseruari partes simul sumptæ, atq; vnitæ sine toto; quod nequaquam videtur admittendum. Probatur assumptū. Nam etsi totum nullo modo sine partibus cohære possit, propterea quòd illius essentia ex partibus constat: tamen cum partes non constituantur ex toto, quid obstabit, (si illud origine antecedunt, req; ab illo distinguuntur) quominus sine ipso conseruetur? At quòd hoc admittendum non sit, ex eo suadetur; quia si anima Socratis informet materiam quantitate, cœterisq; accidentibus instructam; sanè coniunctum illud ex materia & forma, seclufa tertia entitate, intelliget, loquetur, loco mouebitur; deniq; omnes vitæ actiones administrabit; & ex consequenti erit quoddam hominis indiuiduū, atque adeò totum; simulque totum non erit, quia ita volunt aduersarij.

Ad hæc, ea potissimum ratione ducuntur, qui totū à partib. distinguunt, quòd pro certo habeāt partes non esse vnum; totum verò per se, vnum esse: at partes simul sumptæ reuera vnum sunt. Non est igitur cur ab ijs totū distinguant. Probatur assumptio. Nanque ideo homo v. g. vnum quid est, quia constat ex pura potentia & forma substantiali, vt asserit Aristoteles 2. lib. de anima cap. 1. tex. 7. & 8. Metaph. c. vlt. tex. 15; sed illa materiae & formæ collectio, dempta quacūque alia tertia entitate, coalescit ex pura potentia & forma substantiali: est igitur vnum quid per se. Corroboraturque iterum argumentum, quia si vnio imperfecta, ac secundū quid, cuiusmodi est, quæ reperitur inter partes alicuius compositi per artem, veluti domus, aut nauigij, reddit partes vnum secundum quid: certè vnio simpliciter perfecta, qualis inter materiam & formam cernitur, reddet eas vnum simpliciter,

Accedit commune illud, & tritum argumentum, quòd res non sunt multiplicandæ absq; necessitate: nulla verò necessitas cogit ponere tertiam illam entitatem à partibus distinctam.

Tādē, huius parti fauet id, quod ait Aristoteles in 2. lib. de anima cap. 1. tex. 9. quemadmodum pupilla & aspectus est oculus, ita anima & corpus animal, & illud D. Aug. 7. de Trin. cap. 4. Homo nihil aliud est, quàm anima & corpus. Item illud ex symbolo D. Athanasij, Sicut anima & caro vnus est homo; ita Deus & homo vnus est Christus.

ARTICVLVS III.

VTRANQVE PARTEM

Controuersiaē videri probabilem, veriorē tamen affirmatiuam.

IN hac disceptatione difficile est, quid sentias decernere; cum vtraque opinio pro se magni nominis Philosophos, & rationes penè pares

*impetent**ornata*

6. Ratio.

Eiusdem confirmatio.

7. Ratio.

8. Ex Arist.

D. August.

Symbol. Athanasij.

trihado

pares habeat. Quare in re prorsus ambigua, vtriusque partis argumenta diluemus, vt quam quisque magis probarit, amplectatur. Et verò nos in decursu harum in Aristotelem cōmentationum, partem sequemur affirmatiuam, quæ aliquanto verior, & ad alios Philosophiæ locos explicandos, tuendolque expeditior videtur.

Plenioris autem doctrinæ gratiâ quædam obseruanda erūt. Quorū primū est nō nullos adductos superioribus argumētis ex aduerso pugnantibus mediam viam tenuisse, asserentes totum & partes nec re ipsa differre, nec idem omnino esse; sed ratione distingui. Quorum placitum, etsi quibusdam arrideat; nobis tamen non probatur. Videtur enim in hac controuersia, si rem accuratè expendamus, aut innitendum prioris sententiæ fundamentis, sicque ponendam tertiam illam entitatem: aut posterioris, ac non solum eiusmodi entitatem, vti superfluum, à toto ablegandam, sed & modū illum realē, qui exigitur ad distinctionem rationis, si sermo sit de distinctione non in sola mentis notione existente, sed in rebus ipsis reperta. Nāque is etiam modus in tanta partium simul sumptarum, & totius identitate minimè necessarius existimari debet. Siquis verò obijciat Socratem habere in se modum quendam entitatum, in quo sita est ratio suppositi, cuius merito dicitur per se subsistere, qui modus neque illius humanitati per se sumptæ, neque materiæ & formæ in se spectatis conuenit: atque adeò Socratem differre à partibus simul sumptis ratione concepta. Occurrendum est non conferri hoc loco partes physicas cum supposito, sed cū natura: Quod si cū supposito comparentur, negandum non esse differre illas, vt argumentū cōprobat. Sed de distinctione naturæ à supposito alibi.

Secundū est, si quis roget quonam modo in ea sententia, quæ totū non distinguit à partibus, collectio partium vnitarum, ab earundē non vnitarū collectione disideat, per aliquid sui, an se tota? Respōdendum, nec per quamlibet, nec per aliquam sui partem distingui; cum vtraque collectio eisdem constet partibus: sed distingui ipsa vnione, vt vnum quid per se à pluribus, quæ non sunt illud vnum: sed tamen erunt, si mutuò iungantur.

Tertiū est, quosdam ex ijs, qui totū physicum à partibus distinguunt, censuisse non differre totum continuū, vt lineam, & superficiē à suis. Quod ob id non sine probabilitate dictū existimari posset, quia ratio, ob quam prædicta distinctio inducitur, ea potissimum videtur esse, quod totum physicum, vnum simpliciter sit, eius verò partes absolutè plura entia, videlicet materia, & forma: quod quia in partibus totius continui non cernitur; quandoquidem non sunt actu plura entia, sed vnum quid actu, potestate verò plura; superfluum erit inter continuum & eius partes realem statuere distinctionem. Verū hęc sententia non videtur aptè cohærere cum ea, quæ totum physicum à partibus re ipsa distinguit. Nec enim illa eotantum argumēto, quod à totius vnitate desumitur, stabilienda est:

sed

per se defendere

Media quedā opinio aliorum.

Partes nō distinguunt à toto sola ratione concepta.

Obiectio.

Dilutio.

Collectio partium vnitarum quo pacto differat à collectione earundē non vnitarum.

Quosdā excipere totum continuum.

Sed parū cōuenienter sententiæ.

sed alia quoque ratione, quæ non minorem habet efficacitatem, & in toto etiam continuo vim obtinet; nimirum quòd nihil ex se ipso constare, aut causari queat: totum verò continuum ex suis partibus causetur, & constet, vt in primo articulo disputabamus.

ARTICVLVS. IIII.

DILVTIO ARGVMENTO-
rum probantium distingui totum
à suis partibus.

Dissoluamus nunc rationes primi articuli in eorū gratiam, quibus totum à partibus non distingui magis placuerit. Ad primam respondendum est ex doctrina Aristotelis 2. huius operis cap. 1. tex. 14. & 7. Metaph. c. 8. tex. 26. & 27. in generatione cuiusq; rei duplicem terminū reperiri, vtrunque suo modo simplicem: vnum minùs præcipuum, idest, formam, quæ in materiam inducitur; alterū præcipuū, nempe ipsū cōpositū, quod etsi à partibus collectiuè sumptis non distinguitur, nihilominus vnū quippiam est; quia eiusmodi partes; cum sint pura potentia & actus substantialis, eo sunt ingenio, vt in vnā naturam coeant, vti superius dictū fuit. Neque obstat quod vtrāque parte incolumi totum corrumpatur: nō enim partes disiuntur; sed in vnum collectæ rationem totius obtinent. Quo fit vt licet vtraque maneat, ijs tamen disiunctis totū nihilominus intereat, videlicet pereunte, non solum vnione, sed etiam integritate totius, quod citra vnionem minimè cohæret. Atque hinc etiam perspicua est solutio alterius partis eiusdem argumenti. Dicimus enim in morte Christi dissolutam fuisse vnionem Verbi cum humanitate; non autem cum anima & corpore inuicem disiunctis: propterea quòd separata anima à corpore desijt esse humanitas, quæ non nisi vnitis partibus existit: atque ita non potuit Verbum vnitū esse humanitati, vt pote non iam existenti; potuit tamen vnitum esse partibus, quæ licet toto intereunte diuisæ fuerint, in se tamen integræ, ac superstites mansere.

Secundæ verò rationi faciebat satis adhibita ibidem responsio. Nec quod deinde obijcitur quicquam efficit. Enim verò partes vnitæ; sed tamen diuisiuè sumptæ, conflant totum v. g. materia Socratis, cum est copulata formæ, & eiusdem forma, cum est adiuncta materiæ, componunt Socratem: non autem collectiuè sumptæ, quasi collectio ipsa materiæ & formæ Socratem constituat. At qui totū idem re cum partibus vnitis esse inquirunt, partes in vnū associatas: nō tamē collectiuè, sed diuisiuè accipiunt. Atq; hæc responsio

N

valet

Sol. 1. ratio-
nis 1. ait.& confirma-
tionū eiusdē.

separatas

manere a

In morte
Christi non
fuit dissoluta
vnio Verbi
cū anima &
corpore dis-
iunctis.

faciunt soluas

Sol. 2. partes

Quomodo
sumptæ par-
tes cōstituant
totum.

inmeto conseta
atq;
 Explicatio a-
 liarum ratio-
 num eodem
 spectantium,

valet ad infringenda alia complura iacula, quæ aduersarij eūdem ad scopū torquent: quale est illud, partes esse in toto, vt inquit Ar. 4. huius operis cap. 3. tex. 23. nihil autem in se ipso esse posse. Item illud, partes antecedere origine ipsum totum; ordinari ad totum, & ab illo perfici: cū tamen nihil se ipsum antecedit, nihil ad se ordinetur, aut à se perficiatur. Hæc enim omnia vera sunt, si de partibus vnitis diuisiuè, non autem collectiuè sumptis, intelligantur.

Sol. 3.

Diserimè in-
 ter totum per
 se, & totum
 per aggrega-
 tionem.

Tertia ratio consecutionem haud rectè infert. Licet enim totum per se, & totum ex aggregatione in eo conueniant, quòd vtrunque sit suæ partes simul acceptæ; differunt nihilominus; quia partes totius per se constituunt absolutè vnum ob causam ante explicatam; partes verò totius ex aggregatione constituunt absolutè plura; vnum verò secundum quid duntaxat; cū simpliciter, actuque plura sint, & ita se habeant, vt nec inter se continuentur, nec sit in eis vna pars, quæ alteram tanquam actus suam potentiam subiectiuam eiusdem generis, hoc est, substantialem, informet.

Sol. 4.

Aristotelis verò testimonia facilem habent explicatum. Namque in illa substantiæ partitione non accipit materiam & formam collectiuè; sed diuisiuè. Cæteris verò ibidem citatis locis tantum significat partes nec abiunctas, nec diuisiuè acceptas, totum esse. Quanquā verba illa ex cap. vltimo libri. 7. Metaph. aliam attingunt difficultatem circa rei mixtæ è quatuor elementis concretionem, de qua in lib. de ortu & interitu.

ARTICVLVS V.

EXPLICATIO ARGVMENTORUM, quibus ostendebatur totum à suis partibus re ipsa non differre.

Sol. primi
 Arg. 2. art.

AD primū alterius partis argumentum dicendum est, quæ ex eisdem constant partibus, idem esse; dummodò ex ijs eodem pacto constant, quod in re proposita non accidit. Nam totum conficitur ex partibus, vt vnum quid per se; collectio verò partium non item; quia partes siue vnionem inter se habeant, siue non, & vt cunque accipiantur, non possunt non esse plura; & ex consequenti nequit earum complexio, vt vnumquid per se, ex ipsis constare.

Non possunt
 partes non
 esse plura.

Sol. 2.

Ad secundū similiter dicendum non eodem modo totum ex aggregatione & totum per se è partibus confici. Hoc enim conficitur è suis, vt vnumquid simpliciter; illud, vt simpliciter plura. Atque adeò quàm aptè è posteriori cōpositione; tam ineptè è priori realis distinctio habetur.

Ad

Ad tertium, dicendum quemadmodum in toto, ut in homine, sunt ^{Solu. 3.} duae realitates partiales, nempe realitas formae & realitas materiae, & una totalis videlicet integritas totius: ita dari unam essentiam totalem & integram distinctam ab essentia partium, ut argumentum concludit: quia tamen definitiones traduntur ad enodandam aperiendamque rei naturam, quae non nisi per partes, quibus constat, explicitè & distinctè tradita innotescit; inde esse quod illa totalis essentia per materiam, & formam definiatur. Præter illas tamen semper loco generis ponitur aliud in definitione, quod sit idem cum ipso toto, ut cum dicimus, homo est substantia constans corpore, & animo rationali.

Distincta cognitio totius quo pacto habeatur.

Ad quartum, dicito omnem formam informantem, quae aduenit ^{Solu. 4.} enti in actu, esse accidens: integritatem verò totius non esse formam informantem; etsi habeat modum formae comparatione suppositi. Qua de re lege, si placet, Heruæum in tract. de unitate formarum q. 18. in solutione argumenti quadragesimi primi.

Ad quintum, neganda est antecedens propositio. Ad eius verò ^{Prima sol. 5.} confirmationem sunt qui respondeant ideo partes unitas non posse absque toto conseruari, quia non nisi in ipso toto ununtur. Verum non satisfaciunt, quia perperam statuunt non uniri partes nisi in toto; cum reuera, siue detur tertia entitas distincta ab entitate partium, siue non detur, negari minimè possit partes inter se quoque associari, & mutui amoris nexu coniungi. Quo fit ut nullam iam ab eis idoneam rationem afferatur cur materia & forma cum hac unione absque toto conseruari nequeant: præsertim cum hæc origine antecedit eam, quam in toto habent, quatenus in ipso concurrunt. Quanquam & illud multo est verisimilius, materiam & formam præter relationem mutuae unionis, quam inter se obtinent, non habere aliam erga totum, quae proprie ratio unionis dicatur; sed geminum duntaxat respectum, quo, prout partes sunt, ad totum, quia totum est, referuntur.

Refutatio solutionis.

Est igitur aliorum responsio, producta forma confestim resultare ^{Secunda sol. 6.} totum, idque non per aliam actionem distinctam ab ea, qua forma producit; atque ita fieri non posse, ut productione formae non simul etiam totum gignatur. Sed neque hi nodum expediunt; siue enim resultantia illa totius, sit dicenda distincta actio, siue non; rationem non reddunt, quare à Deo non possit impediri.

Secunda solutio.

Dicendum ergo potius non omnia, quae realiter differunt, posse diuina virtute separatim existere; cum nimirum vel unum ex altero componitur, ut totum ex materia & forma; vel alterum continet totam alterius essentiam; ut materia & forma essentiam compositi physici; quia utrunque satis videtur impossibile, siue dari re siue partibus continentibus eius essentiam, siue partes sine re, cuius ^{Legitima solutio.} essentiam continent.

Legitima solutio.

Ad sextum, admissa maiori propositione neganda est minor, & ad eius ^{Solu. 5.}



probationē dicendū hominē non iccirco dūtaxat esse vnū quid per se, quia ex pura potentia, suoque actu substantiali constat; sed quia fit vt tertium quidpiam ex ijs per se confurgens; quo pacto non se habet collectio formæ & materiæ, quæ non est aliquid tertium; sed forma ipsa & materia. Adde noluisse Aristotelem loco citato puram potentiam & formam substantialem esse vnum simpliciter; sed ex ijs vnum condi. Ad argumenti verò confirmationem respondendum erit, licet vnio, quæ est inter materiam & formam, maior sit, quàm quæ inter partes domus, aut cuiuslibet alterius rei arte factæ, conspicitur: non proinde tamen vnionem illam efficere posse, vt materia & forma simpliciter vnum euadant: sed eo maiorem esse, quòd ita partes iungat, vt ex ipsis vnum quid per se coalescat.

Ad septimum, dicito verum quidem esse philosophicū illud pronuntiatū, neq; ab eo deflexisse huius sententiæ auctores. Nec enim tertiam illam entitatem inuexere nisi cogēte necessitate, quam propositis argumentis explicarunt.

Ad vltimum respondendum est effatum illud, Anima & corpus est animal, cæteraque id genus, vera esse in sensu non identitatem, sed causam indicante: ac si diceremus, animal constitui ex anima & corpore, vt ex sua forma & materia.

Ita patet haud magno negotio vtriusque partis argumenta dilui. A qua verò D. Thomas steterit, controuersum est; nec inter eius sectatores conuenit. Nam & ipsi, alij in priorem, alij in posteriorem iuere sententiam; & vtriq; eam, quam sequuntur, illius esse volunt.

Q V Æ S T I O . I I .

S I T N E M A T E R I A P R I M A

ex se diuidua, & extensa, an non?

A R T I C V L V S I .

Q V I B V S A R G V M E N T I S

pars affirmatiua ostendi videatur.



QVONIAM Aristoteles aduersus Parmenidem, & Melissum asseueravit substantiam, ex se omni prorsus magnitudine, & extensione carere; id an vere dictum sit præsertim de materia, vbi maior occurrit difficultas, breuiter hoc loco expendemus. Non defuere, è recentioribus præsertim philosophis, qui partem quæst. affirmantem sequerentur; quibus hæc potissimum argumenta suppetunt.

Pri-

Primum, materia ita sub quantitate oblitefcit, vt diuerfæ eius partes diuerfis partibus quantitatis respondeant: ergo ipfa materia in fe partes, atque extenſionem poſſidet. Etenim quod eiufmodi partes materiæ à partibus quantitatis diuerfæ ſint, ea ratio probat; quia ſi à materia omnem prorfus quantitatem cogitatione ſeparemus, adhuc occurrent animo partes illæ ſubſtantiales materiæ, & à quantitate & inter ſe re ipſa diſtinctæ.

Item, ſubſtantia corporea ſpectata prout naturæ ordine antecedit quantitatem, eſt actu quoddam totum integrum, conſtans partibus ſubſtantialibus ſibi intrinſecis: hæ autem partes, quoad ipſam ſubſtantiam, non adueniunt toti quantitatis beneficio: alioqui quantitas conferret eſſe ſubſtantiale, quod nemo dixerit: igitur ſubſtantia corporea ante omnem quãtitatem vindicat actu partes, è quibus integratur, & coaleſcit: atqui huiufmodi partes nec eſſe, nec intelligi poſſunt abſque extenſione, cuius miniſterio pluralitatem, ſeu multitudinem fortiantur: habent ergo ſecundum ſe propriam ac peculiarem ſibi extenſionem.

Deinde, quidquid eſt cauſa antecedentis, eſt etiam cauſa conſequentis: ſed materia, ex cõmuni Philoſophorum conſenſu, eſt cauſa quantitatis, & hanc ſequitur diuiſibilitas. Igitur materia eſt cauſa diuiſibilitatis: atque adeo non à quantitate materia; ſed à materia quantitas diuiſibilitatem obtinet.

Præterea, ſi materia non eſt ſuo pte ingenio, vique propria, extenſa, vel ita ſe habet, quia ſua natura indiuiſibilitatem poſtulat: vel quia ex ſe eſt indifferens, vt diuidua, aut indiuidua ſit. Si detur primũ, ſequitur materiam nullo pacto diuiduam reddi poſſe; alioqui à natura propria decideret: ſi poſterius, nihil obſtabit quominus materia aliquas partes inextenſas, & inſectiles habeat, quod Philoſophi negant. Quare non videtur inſiciendum materiam primam ſecluſa quantitate extenſionem, ac diuiſibilitatem ſortiri.

ARTICVLVS II.

MATERIAM PRIMAM

Non niſi beneficio quantitatis extenſam, ac diuiduam eſſe.

Contraria tamen ſententia vera eſt, & Ariſtotelicæ doctrinæ conſentanea, eamque tuetur maior ac melior Philoſophorum pars. Plotinus cap. 17. lib. 6. Enneadis 3. Auerroes in lib. de ſubſtantia orbis, M. Albertus hoc loco tract. 2 cap. 4. D. Thomas 1. p. q. 50. a. 2. Dur. in 1. Sent. d. 34. q. 1. Herueus quodl. 1. q. 15. Capreolus in 2. d. 18. q. 1. ar. 3. & d. 9. q. vnica. ar. 3. alijque complures. Suadetur verò hiſce rationibus. Si materia citra quãtitatem

Primum Arg. *ita eſt*

2. Argu. *quia*

3. Argu. *quia*

4. Argu. *ſeſum proprio*

cauſa
ſe ad eſſe

Reſponſio ad 1. Argu. *quia*

Concluſio queſtionis. *quia*
Eius auſores.

Confirmitio

per

¶ Vt Bernard. Genaco apud Capr. in 3. d.



per se extensa, & diuidua foret, sequeretur in quolibet composito physico plures simul extensiones reperiri, vnam quantitatis, alteram materiae; imo plures dimensiones corporis quanti, trifariam dimensivas: cum illa materiae extensio, si detur, nihil aliud reuera sit, quam trina dimensio è genere quantitatis. At enim hoc nequaquam admitti debere ex eo patet; quia alioqui nihil impediret, quominus facultate naturae plures substantiae corporea mole praeditae in eodem loco simul existerent, seque inuicem penetrarent: siquidem causa, ob quam repugnat eas simul esse non est earum substantia; cum duo angeli in eodem loco pariter consistant; sed quantitas, quae proprium locum situmque vendicat, vt testatur Aristoteles 4. huius operis cap. 5. tex. 45. Quare si in vno composito multae trinae dimensiones in eodem situ per naturam cohaereant, quae iam ratio supererit cur duas substantias corporeas eiusdem naturae vi simul esse, ac se mutuò penetrare posse, inficiemur?

Cur duo cor-
pora nō pos-
sint esse simul

Natura neq;
auara, neq;
prodiga.

Secundò, Natura sicuti necessaria non denegat, ita neque superfluum quicquam facit: nec efficere pluribus consuevit, quod praestare aequè benè paucioribus potest, atqui per solam quantitatis extensionem potuit extendere & diuiduam reddere materiam, omniaque accidentia, quae in ipsa magnitudine expansa sunt. Non igitur aliam extensionem praeter eam, quae à quantitate inducitur, corporeis substantijs natura attribuit.

Accedit auctoritas Aristotelis, qui cap. 2. huius libri tex. 15. docuit substantiam solius quantitatis merito extendi, & 5. Metaph. c. 13. tex. 18. inter affectiones quantitati proprias recensuit diuisibile esse.

ARTICVLVS III.

DILVNTVR ADVER- sariae partis argumenta.

Responsio ad
1. Argu. prim.
art.

Argumenta verò primi art. ita solues. Ad primum dicito cum Scoto in 2. d. 3. q. 4. eiusque discipulo Bassolio in 4. d. 12. q. 1. ar. 1. Ioanne Maiore eadem q. & alijs, materiam ex se, ac seclusa etiam quātitate, habere partes substantiales, ex quibus intrinsecè componitur; non eas tamen habere extensas, & ordinatim dispositas, atque vnam extra aliam, nisi ministerio quantitatis, cuius officium est eiusmodi partes, alioqui implicitas & confusas, explicare & euoluere. Itaque ad argumentum concedendum est quod assumit, fatendumque partibus quantitatis respondere partes entitativas materiae tam inter se, quam à materia re ipsa distinctas; sed negandum eas extendi sine quantitatis beneficio. Atque hinc patet solutio secūdi argumenti; cui quatenus assumit partes materiae

Lege ibidem
Lichetū q. 3.

Ad. 2.



Huiusmodi partes entitativas negat. Cap. III. d. 18. q. 1. ar. 3.

non nisi ope quantitatis multitudinem sortiri, occurrendum, verum id quidē esse, si sermo sit de multitudine extensiva; non tamen de multitudine entitativa substantiali, quod vocant habere partes & partes. Quocirca si à materia omnem quantitatis effectum cogitatione separemus, non iam eam cum partibus extensis concipere fas erit, nisi Deus eiusmodi effectum aliquo modo, idest, quoad extensionē, quam vocāt negatiuam, suppleat; quod vtrum fieri possit non est huius loci persequi.

Materia ex se habet partes substantiales. per partes sustans. Melisi ratio futilior.

Quo pacto quantitas dicitur sequi materiam explicatū est hoc in lib. q. 1. c. 4.

Ad tertium, diuisibilitatem prestari materiae à quantitate, & quantitati aliquo modo à materia, diuerso causae genere. Materia namque sicut in genere causae subiectivae tribuit esse quantitati; ita ei omnes affectiones eidem proprias, atque adeo diuisibilitatem confert. Rursus verò quantitas in genere causae formalis quasi vicem rependit semetipsam materiae donans, eamque formaliter afficiens, & extensam, ac diuiduam reddens. Verum licet ita res habeat; simpliciter tamen asserendum est diuisibilitatem à quantitate dari; siquidem causa formalis potior est. Vnde istiusmodi appellationes ipsis formis absolute debentur, attribuunturque.

Ad 3. Materia in genere causae subiectivae confert diuisibilitatem quantitati.

Ad quartum, materiam haud iccirco dici non esse ab se extensam, quod natura sua poscat indiuisibilitatem, extensionemque à se remoueat, vt recte probat argumentum; nec item propterea quod indifferens sit, vt diuidua, vel indiuidua existat. Re enim vera nunquam sine extensione, & diuisibilitate cohæret, aut vllis naturae viribus cohære re valet: sed quia licet ex se apta sit, vt extendatur; eam tamen extensionem non à se; sed quantitatis accessu obtinet.

Ad 4. res

Capitis tertij explanatio.

A etiam solvere [Ingrreditur ad dissoluendas Parmenidis, & Melisi rationes, etsi nullum habeant momentum, adeoque sint captiosae, & sophisticæ, vt non modo falsum assumant; sed & formulam ipsam argumentandi nequaquam seruent. Prius tamen Melisi diluit rationem, quod futilior sit, ac magis inepta, nullamque habeat difficultatem. Erat autem illa in hunc penè modum conclusa, vt Simplicius, alijque interpretes colligunt, Quidquid genitum est habet principium; ergo quidquid genitum non est, non habet principium; sed id quod est, genitum non est; ergo principium non habet, quod autem non habet principium, neque habet finem; ergo id, quod est, finem non habet, atque adeo infinitum est; sed id, quod est infinitum, necessario

Melisi ratio futilior.

CAP. III.

A etiam a solvere, quibus id monstrant, non est difficile. Vterque enim & Melissus, & Parmenides contentiosè ratiocinantur. Nam falsa assumunt, nec recte concludunt. Quanquam Melisi ratio magis est importuna, ac dubitationem non habet. Sed absurdo vno dato cetera sequuntur, quod quidem difficultatem non habet. Captiosè itaque Melissum ratiocinari manifestum est: sumpsisse enim arbitratur, siquidquid ortum est principium habeat, id non habere quod ortum non est.

interpres colligit, Quidquid genitum est habet principium; ergo quidquid genitum non est, non habet principium; sed id quod est, genitum non est; ergo principium non habet, quod autem non habet principium, neque habet finem; ergo id, quod est, finem non habet, atque adeo infinitum est; sed id, quod est infinitum, necessario

Interpres colligit, que mouet locum hoc.

b De

est vnum, quia multa simul infinita esse non possunt; iam enim terminis definirentur; est igitur

Textus 23.

igitur vnū: quare & immobile. Etenim cū sibi semper simile sit, omnemque occupet locum, aliō ferri nequaquam poterit. Iam verō id quod est, non esse genitum ex eo probatur, quia vel ex ente, vel ē nihilo esset genitum, quorum neutrum rectē dicitur, cū ex nihilo fieri aliquid non possit: ex ente autem si quid fiat, antequam gignatur necessē sit esse, quod contradictionem inuoluit.

Melissi ratio
cur magis im-
portuna.

Hæc est Melissi ratiocinatio, quam Aristoteles magis importunam vocat, quia veritatem apertius oppugnat. Eam igitur refellit negando primam consequentiam, quod ex opposito antecedentis oppositū consequentis inferat, quæ concludēdi ratio, vt patet ex cap. 4. libri primi Elenchorum, nisi constet terminis reciprocantibus, omnino vitiosa est. Neque enim valet: Quidquid homo est, animal est; igitur quidquid homo nō est, animal non est. Quod verō termini, ex quibus Melissi argumentatio componitur, non reciprocantur, satis patet. Namque si principium pro principio magnitudinis sumatur; genitum verō pro eo, quod generatione physica

productum fuit, aliquid habet principium, quod genitum nō fuit, nempe corpus celeste.

b Deinde hoc quoque Melissum insectatur, quod collegerit id quod est, consistere infinita mole, eo quod careat principio, videlicet temporis; cū tamen multa eiusmodi principia non habeat, quæ infinita nō sūt, nimirū ponebat nō dari principium temporis, aut generationis, siue substantialis, siue accidentariæ, sed rei, id est magnitudinis duntaxat, quod apertē veritati refugnat.

c Quā item negat Melisso hanc consequentiam. Id, quod est, habet infinitam molem; ergo est expers motus. Nā esto aliō demigrare ne-

Infinitū corpus moueri loco nō potest.

quiret, cur eodem loco ceteri non posset, vti cælum, quod irrequieta vertigine circumuoluitur, tametsi nunquam secundum se totum sedem mutet? Deinde licet motu ad locum agitari impossibile foret, cur alterationem non subiret, saltem ratione suarum partium? Hoc posterius membrum iccirco videtur Aristoteles adieciisse, quia vt ipse 1. de cælo cap. 5. & 6. demonstrat, corpus infinitum moueri loco non potest.

d Sed neque vnum Postremo Melissum impugnat, quia intulerit id quod est, esse vnum, cū fieri nequeat, vt omnia sint vnum specie; siquidem palam est hominem ab equo specie distingui. Ac licet, inquit, non omnino absurdum videatur asserere omnia eo, quod est, id est, subiecto, seu materia vnum esse, vt veteres Physici Thales, Anaximenes, Heraclitus, alijque nonnulli arbitrati sunt, asserentes nihilominus res naturales differe accidentiū, habereque rationes diuersas: affirmare tamen omnia eiusdem esse rationis, extremæ dementiæ est. Adverte non admitti hinc ab Aristotele omnia entia ex materiæ permixtione consistere; cū multis

b Deinde hoc quoque absurdum est, cuiuslibet rei, & generationis, non solū simplicis, sed etiā alterationis principium, non quidem temporis, sed rei esse, existimare: perinde quasi mutatio nulla simul fieret. c Quam itē ob causam si vnum est, Textus 24

immobile est? Cur etenim, vt pars, quæ vna cū sit, vt hæc aqua, in loco eodem mouetur, non & ipsum vniuersum? Alteratio deinde qua de causa non erit? d Sed neque vnum specie esse potest, nisi eo, ex quo. Quo quidem modo Naturales quoque nonnulli vnum aiunt esse, illo autem non aiunt.

Nam & homo ab equo, & contraria inter se specierum differunt. e Idē contra Parmenidē rationum est modus, & si qui alij sunt proprii, solutioque est, partim quod falsa sumit, partim quod non concludit. Falsa quidem sumit, quatenus id, quod est, vno modo sumit dici, cū multis dicatur; & non autem concludit. Nam si sola alba sumantur, ipsumque albū vnum significet, plura alba, & non vnum, nihil minus erunt.

g Neque enim quod album est continuatione erit vnum, neque ratione, cū alia albi sit ratio, alia eius, quod excipit. Nec separatus vllus albor erit: non enim vt separatus; sed alia alboris essentia est, alia eius, in quo est. Ad quam rem Parmenides animum non dum aduerterat. h Eos igitur, qui ens vnum esse inquirunt, necesse est sumere nō solum ipsum ens, vnum, de quo dicatur, significare; sed quod propriè est, & quod propriè est vnum. Accidens namque de subiecto aliquo dicitur; quare id non erit, cui id, quod est, accidit; quandoquidem ab eo, quod est, diuersum est.

Alij-

Textus 24

Textus 25

Textus 26

in locis, ut 8. lib. huius operis, & 12. Metaphys. res aliquas à materiæ fece absolutas in vniuerso dari concedat. Loquitur ergo de ijs tantum, quæ à veteribus peruestigatæ, & inuentæ fuerant, hoc est, de rebus physicis. Neque verò harum omnium eandem speciem materiam esse opinatur, ut in primo libro de cælo ostendemus; sed earum duntaxat, quæ sub lunæ orbe continentur, in quarum inspectione omnis penè antiquorum cura, & studium consumebatur.

e Idem contra Parmenidem | Confutat rationem Parmenidis, quam asserit & captiosè colligere, & à falso petitam esse. Etenim sic ille argumentabatur. Quidquid est præter ens, est non ens; sed non ens nihil est; ergo quidquid est præter ens, nihil est; id autem quod est, vnum est; ergo quidquid est præter vnum, est nihil; ac proinde omnia vnum sunt. Hanc rationem ait Aristoteles falsum assumere; quia cum ens multis modis dici soleat; de substantia videlicet, & accidentibus; à Parmenide tamen sumebatur perinde ac si vno duntaxat modo, seu vniuocè diceretur.

Aliquid igitur, quod non est, erit. Quamobrè alij non inerit id, quod propriè est non enim entis essentia habebit, nisi ens multa significet, ita ut vnuquodque, quidpiam sit: sed id, quod est, significare vnum, est positum. Si ergo quod propriè est nulli accidit; sed illi aliquid aliud, cur id quod est, id potius, quod propriè est, quam quod non est, significat? Nam si id, quod propriè est, idem etiam sit album, albi autem essentia non est, ut propriè sit (siquidem id, quod est, accidere ei non potest, cum nihil sit, quod propriè non est) ipsum album profectò non erit; non sic autem veluti aliquod non ens, sed omnino non erit. Itaque id, quod propriè est, non erit, cum id, quod propriè est, album esse verè affirmetur, quod quidem album, id quod non est, significabat: quare si album quoque id, quod propriè est, significat; id quod est, plura significabit.

Textus 27.

Textus 28.

Nec igitur magnitudinem id, quod est, habebit, siquidem ipsum propriè est. Nam vtriusque partis ratio, alia est. Id autem quod propriè est, in aliud quidpiam, quod propriè est, diuidi, ratione etiam manifestum est; veluti si homo ex his sit, quæ propriè sunt, necesse est & animal aliquid, quod propriè sit, esse, & itidem bipes. Nam si entia propriè non fuerint, erunt accidentia. Aut igitur homini, aut cuiquam alteri subiecto. At esse non possunt. Accidens enim aut id dicitur, quod inesse potest, ac non inesse; aut id, in cuius ratione id inest, cui accidit: ut sessio quidem est, ut id quod separatur, in simo autem, naris, cui simum accidisse dicimus inest ratio.

ra obtinet, sic licebit argumentari. Quidquid est præter album, est non album; ac non album nihil est, ut ex hypothesis constat; ergo quidquid est præter album nihil est; sed album est vnum; cum sit vniuocum: ergo alba vnum tantum erunt, non verò plura; in qua argumentatione id, quod antecedit, verum est; quod postremò colligitur, falsum.

g. Neque enim | Ostendit futura adhuc nihilominus plura alba, quia alba non erunt continuatione vnum; siquidem albor niuis, & lactis discreta erunt. Nec verò eandem habebunt rationem, quia natura alboris distincta erit a natura subiecti recipientis. Erit, inquit, distincta, non quasi dandus sit albor aliquis à subiecto abiunctus, sed quia non eandem vendicabit essentiam, quam subiectum, in quo inheret.

h. Eos igitur | Iterum Parmenidè inculcat alia ex alijs texens, plura quadam disputatione, quæ ad hæc

Vnde maior propositio prioris syllogismi vera est accepto ente pro substantia, & accidentibus; sed tunc minor posterioris, scilicet ens est vnum, à veritate aberrat, quia substantia, & accidens, non vnum omnino sunt, ut illi volebant; sed plura simpliciter, atque vnum aliquo modo; utpote analogica vnitatem.

f. Non autem concludit. Ostendit rationem illam vitiosè concludere, quia seruata eadem argumentandi formula, re quæ alia sumpta, antecedens verum erit, & consequens falsum. Si enim ponamus omnia esse alba, & album significare vnum, id est vniuocam obtinere rationem, ut re vera

Cōcedit Arist. res materiam experire.

Ratio Parmenidis vitiosè concludit.

Definitio accidentis.

To-

O

fyllo-

sylogismum redigi potest. Necessse est Parmenidem (si sibi constet) nomen entis pro sola substantia accipere; ex alia verò parte fieri nequit, ut ita sumat; vana est igitur, & inepta eius argumentatio. Maiorem, & minorem propositionem multis modis illustrat; tandemq; concludit nullum Parmenidi effugium relinqui, nisi ut fateatur accipi à se ens pro substantia, quæ nulla ex parte diuidi possit, asseratque vniuersum ex indiuiduis partibus constare, quod Zeno Eleates eius discipulus concedere minimè recusabat.

Plato & Xenocrates se-
gniter Parmenidi, &
Zenoni resti-
terunt.

i Vtrique autem rationi | Plato eiusque auditor Xenocrates, ut constat partim ex Sophista Platonis, partim ex libro de lineis indiuiduis (siue Aristoteles, siue Theophrastus, siue alius quispiam eius libri auctor fuerit) aduersus Parmenidem, & Zenonem disputationem inierunt. Verùm ea pronuntiarunt, quæ reprehensione haud minùs indigeant, atque ita segniter restiterunt, ut manus dare viderentur: Plato quidem Parmenidi, Xenocrates autem Zenoni. Nam cum Parmenides colligeret si ens vnum significet, omnia esse vnum, negabat Plato conclusionem,

inquiens posse ens significare vnum; nec sequi proinde ea quæ sunt, vnum esse; cum etiam id quod non est, sit, quod abente diuersum est. Itaque aiebat Plato non ens, idest, materiam primam (ut Porphyrius, & Philoponus exponunt) non esse ens, sed re vera non ens; negabat autem Parmenidi non ens nihil esse, quia materia prima aliquid est. Xenocrates verò Zenoni concedebat posse magnitudinem in partes indiuiduas scari, ne sectiones aut in infinitum progredierentur, aut in nihilum desinerent. Hos igitur ob hanc causam coarguit hoc loco Aristoteles, plura in hanc sententiam scripturus, præsertim aduersus Xenocratem 6. huius operis libro.

Totius præterea ratio in eorum definitione non inest, que aut in eius ratione assumuntur, aut ipsum componunt, ut in bipede, hominis ratio, aut in albo ea, que est hominis albi. Itaque si hæc hunc in modum se habent, bipedemque esse homini accidit, aut separari ipsum necesse est, ut homo non bipes esse possit, aut in bipedis ratione hominis inesse rationem: quod esse non potest, quandoquidem illud in hominis inest ratione. Verum si alij cuiuspiam bipes & animal accidant, neutrumque eorum propriè est, homo quoque ex his erit, que alij accidunt. Sed quod propriè aliquid est, nullius sit accidens, & de quo ambo, & vtrumque, id etiam, quod ex his est dicatur. Ex indiuiduis itaque vniuersum. i Vtrique autem rationi nonnulli assensere, ei quidem, qua concluditur vnum esse omnia, si ens vnum significat; quoniam id sit, quod non est: alteri verò, que ex diuisione est in partes duas æquales, indiuiduas magnitudines faciendo. Constat autem etiã verum non esse, si ens vnum significet, & contradictio simul esse non possit, id quod non est, nihil esse. Nam nihil prohibet id quod non est, esse, non omnino quidem, sed aliquod, quod non est. At verò affirmare, nisi aliud quid sit præter id, quod est, omnia vnum esse, absurdum est. Quis enim id, quod est, aliud esse intelligit, quam id quod propriè est? Quod si hoc sit, nihil sic prohibet, id quod est, multa esse, quemadmodum dictum est. Id igitur, quod est, non posse hoc modo vnum esse, est manifestum.

CAP.

Explanatio capituli quarti.



Ta autem dicunt Physici | Postquam aduersus eos depugnauit, qui vnum immobile fecere principium, & eorum opinionem, ut à Physicæ principijs deflentem euerit. Nunc disputationem aggreditur cum ijs, qui vel vnum, vel plura principia mobilia statuerunt, quos Physicos appellat, propterea quod naturam sicuti priores Philosophi non sustulerint, sed magis ad eam accommodatè locuti sint. Cõmemorat autem initio huius capituli duo Philosophantiũ genera, quorum

rum alij vnum posuere materiale principium rerum Physicarum, vt vnū ē tribus superioribus elementis, aut tale quid medium, duo verò contraria vice forme, vt raritate & densitate, & vt vno verbo complectamur, exuperantiā, & defectiōē (hisce enim vocabulis omnia contrariorū genera notat Aristoteles) atq; ita cum Platone quadam ex parte consenserunt, nempe quoad principiorum numerū. Alij verò permistione, aut cōitione in quodam sphaero, siue Chao, & item secretione res fieri opinati sunt. In quibus fuerunt Anaximander, Empedocles, & Anaxagoras, quorum tamen placitum, vt ipse exponit, consentiens non fuit. Empedocles enim secretionem illam, & permistionem perpetuam esse, Anaxagoras semel tantū secretionem fieri aiebat. Præterea Anaxagoras in illa congerie, infinita similium partium, atque inter se contraria collocabat; Empedocles quatuor tantum vulgata elementa; Anaximander verò admixtionē quandam infinitam faciebat, ab eaq; res ad aliorum generationē secerni pronūtiabat. Ex quo patet cur ijdem, & vnum & plura inuexisse dicantur. Nepe vnū, quia vnū Chao, seu confusione pōnebāt; plura, quia plures partes in eodē Chao iesse, vel ab eo secerni affirmabāt.

CAP. IIII.

Textus 32.

V ^a autē dicunt Physici, duo sunt modi. Quidā enim cū id quod est corpus vnū, quod subiectum sit, fecerint, aut triū aliquid, aut aliud, quod igne densius sit, aere verò rarius, densitate, & raritate reliquā generāt, multa faciēdo. Hæc autē sunt contraria. Vniuersim verò exuperantiā, & defectio, vt magnū, & parū tradit Plato. Sed hic quidē materiam hæc facit, & ipsum vnum formā: ille verò ipsum vnum, quod subiectum est, materiam: contraria autē differentias, & formas. Alij ex vno, quæ insunt contrarietates, excernunt, vt Anaximander ait, & quotquot vnum, & multa, ea quæ sunt, esse inquit, vt Empedocles, & Anaxagoras: hi etenim ex permistione reliqua fecerunt, sed differunt inter se, quod ille horum circuitū statuat, hic semel: & hic quidem infinita, partiumq; similium, & contraria: ille ea duntaxat, quæ nuncupantur elementa.

Textus 33.

b. Sic autem esse infinita videtur Anaxagoras sensisse, quod Physicorum communem opinionem, ex eo, quod non est, nihil fieri, veram esse existimaret. Hanc enim ob causam sic dicunt, erant omnia simul, ac fieri tale est alterari. Alij verò confusionem, & secretionem. Præterea ex eo quod contraria vicissim gignantur, quapropter inerant. c. Nam si quidquid fit, aut ex his, quæ sunt, aut ex his, quæ non sunt, necesse est fieri: ex his autē, quæ nulla sunt, fieri nō potest (cōsistentē enim hanc naturæ omnes scrutatores habēt opinione) reliquū ex necessitate accidere censuerūt, ex his quidē, quæ sunt, & quæ insunt: sed quæ ob molis paruitatē sensu à nobis nō percipiuntur, generari.

Textus 34.

Quare Ex infinita, & indigesta rerum omnium congerie, quā vocant Homœomeriam, in qua res antea confusæ iacuisent, progigni omnia ostendebat Anaxagoras hunc in modum. Id quod fit, aut ex ente fit, aut è non ente, id est, è nihilo: ex nihilo autē, vt ex prima suppositione manifestū est, nihil fit: quidquid ergo fit, ex ente fit: fit autem ex contrario, vt item ex hypothefi liquet: aut ergo ex contrario manente in ipsa re, quæ gignitur; aut ex aliquo, quod inerat in contrario, ex quo gignitur. Non ex contrario manente, vt experientia docet; ergo ex eo, quod inerat in contrario: hoc autem non videtur esse quidquam aliud, quàm multitudo infinitarum partium similium rei, quæ producitur, quæ quidem partes delitebant in re, ex qua ipsum genitum emergit. Principia igitur rerum Physicarum sunt infinita illa corpuscula.

Ita verò quia rem vnā ex alia gigni videmus intulit Anaxagoras innexa esse singulis

o 2

omnia,

os, seu confusione pōnebāt; plura, quia plures partes in eodē Chao iesse, vel ab eo secerni affirmabāt.

b Sic autē esse infinita Quoniā Anaxagoras sententiam suā verisimili ratione confirmabat, eam refellere instituit Aristoteles, proponitq; in primis duo quædam illi fundamenta. Quorum primum erat, id quod omnium philosophorum consensu ratū habebatur, nepe ex nihilo nihil fieri. Vnde concludebat nihil denuo gigni; sed generationes esse cōmutationes accidentarias; siue alterationes. Alterū fundamentū erat, contraria vt vel sensibus ipsis notū est, ex contrariis fieri, vt calida ex frigidis, humida è siccis. Ex quo arguebat omnia omnibus intesse.

c Nam si quidquid

Ex nihilo nihil.

omnia, ita ut in qualibet re infinite essent rerū omnium, quę ex ea fieri possunt, particule. Aiebat tamen rem ab eo tantum, quod in ipsa abundaret, & emineret, nomen accipere v. g. dici aquā si plures in ea esset aquę. Porro hanc rationē ideo non diluit hoc loco Aristoteles, quia ex ijs, quę in progressu dicenda sūt, paruo negotio confutari potest. Breuiter autē dissoluetur ab eo, qui dixerit quidquid sit ex ente actu, vel ente potentia fieri; hoc est, vel ex ente forma aliqua p̄redito, ut ignē ē ligno, vel ex materia prima, ut eundē ignem ex materia, quę in ligno inerat. Sic demum quidquid oritur fieri ex ente actu, tanquam ē contrario, quod in genito non manet, ex ente vero potentia, ut ē subiecto, quod stabile, & constans est. Itaq; generari vnunquodque, ut Anaxagoras aiebat, ex eo quod in contrario p̄fuit, id tamen nō esse infinitam illam corporū struem, sed materiam primam. Ex quo perspicuum relinquitur non oportere omnibus cuncta inesse; oportere tamen formas naturales contineri virtute in materia, ē cuius potentia euocantur, ut suo loco patebit.

¶ Porro si infinitū Inculat in primis Anaxagorā, quod rerū Physicarū principia nō solū numero, sed etiā specie, nec tantū mole, sed etiā qualitatibus infinita posuerit. Si enī nos tunc scire cuiusq; rei naturā putamus, cū illius principia cognita habemus, infinitū vero nostri intellectus acie effugit, nimirum qui infinita dicit esse principia, rei quā tractat, intelligentiā adimit.

¶ Pręterea si necesse est Quia Anaxagoras in qualibet re naturali nō solū partes infinitas posuit, sed eas nullo termino, siue ad maius, siue ad minus definitas esse statuit, hanc eius positionē confutat Aristoteles ratione ducta ē definita animalium, & stirpium magnitudine.

Nam si horum partes quantęcunque magnitudinis esse possent, ipsa quoque termino ceterę, quod tamen vel ipso Anaxagora teste falsum esse constat.

¶ Quin etiā si eius Ostendit non in qualibet re inesse omnia, argumentaturq; in hunc modū. Sumatur certa quātitas aque, & ex ea carnis portio decidatur, aut igitur perpetuo ex aqua illa certę magnitudinis caro adhuc extrahi poterit, aut excretio absorpta carne, deficiet. Primum dici non potest, tum quia omne finitum corpus, si ab eo definitas partes secueris, necesse est definat; tum quia in re finita essent actu infinite partes equales, quod est impossibile. Si autem detur secundū sequitur non iam quodcunque in quolibet inesse. At enim quia occurreret fortasse Anaxagoras posse quidem secretionem illā in infinitum abire si minores, non vero si æquales subinde partes auferrentur; id etiam confutat Aristoteles, quia licet aliquando minores eximi possent, necessariō tamen dandus est exitus, deueniendumque ad carunculam ita exiguam, ut minor gigni vlla non possit.

Quare cum quodcunq; ex quo cunq; fieri viderint, quodcunq; cuiq; inquit esse admistum sex eo autem, quod in infinito rū admistione ob multitudinē maximē exuperat, videri ab inuicē differentia, atq; diuersa nominari. Nā totū syncerē albū, aut nigrū, aut dulce, aut carnē, aut os non esse, sed cuius plurimū vnūquodq; obtinet, id rei naturam videri esse. ¶ Porro si infinitū, ut infinitum, incognitum est, id certē, quod multitudine, aut magnitudine est infinitū, quantū quoddam incognitū est, quod verō specie est infinitū, quale quiddā incognitū. Cum autem principia aut multitudine, aut specie sint infinita, ea, que ex eis constant, sciri non possunt. Siquidem quod cōpositum est tū scire existimamus, cum ex quibus, & quot est, cognoscimus. ¶ Pręterea si necesse est cuius pars magnitudine & paruitate quantauis esse potest, id etiam posse, (earū autē partiū aliquā dico, in quam cum insit, totum diuiditur) esse autē animal, aut planta magnitudine, & paruitate quantauis nō potest, partiū quoq; nullā esse posse manifestū est. Simili namq; modo & totum erit. At os, & caro, & que sunt eiusmodi, animalis, & fructus plantarū sunt partes. Carnē itaq; aut os, aut aliud quippiā magnitudine quātūuis, aut ad maius, aut ad minus esse non posse perspicuum est. ¶ Quin etiā si eius generis omnia in sese insunt vicissim, & nō fiunt, sed cum insunt, secernūtur, & ab eo, cuius amplior inest copia, dicuntur; gignuntur autē ex quolibet, ut ex carne, aqua per secretionē, & ex aqua, caro; quodcunq; item finitū corpus a finito corpore consumitur, vnūquodq; in vnoquoq; inesse non posse manifestū est.

Ete-

Infinitū igno-
tum.

Textus 35.

Textus 36.

Textus 37.

Quę

Quærit hoc loco Aphrodisæus, Simplicius, alijque interpretes rectè ne Aristoteles Anaxagoræ obiecerit fore infinitas partes æquales in magnitudine finita; quandoquidè partes, quæ in infinitum è magnitudine auferuntur, æquales non sunt; sed subinde minores. Occurrendum tam è rectè obieciſſe. Cùm enim Anaxagoras è qualibet magnitudine omnia educi poſſe aſſereret; conſequens erat, vt fateretur excerpta minima carne, quæ generari poteſt, manere nihilominus in eadè magnitudine infinitas carunculas minimè illi æquales: cuius rei cauſſa in p̄greſſu fiet cõſpici.

g Ad hæc, ſi iterum bipartita ratione demonſtrat non in quouis corpore ita inefſe cunctas; vt ex eo omnia per ſecretionem gigni poſſint. Primum quia cùm quantitas carnis, tum quoad magnitudinem, tum quoad paruitatem definita ſit; neceſſariò dabitur minima caro, ex qua non iam alia ſecerni queat; alioqui daretur minor minima. Deinde quia ſi omnia fieri ex omnibus poſſent; non ſolùm infinita; ſed infinities infinita corpora in eadem re inefſent, vt in qualibet parte cerebri infinitus ſanguis, in qualibet parte ſanguinis infinita caro. Ex quo fieret, vt quælibet res infinitam molem cohiberet.

Etenim ablata ex aqua carne, & rursus alia ex ea, quæ reſtat, per ſecretionem facta, tametiſi minor ea, quæ ſecernitur, ſeper ſit; non tamen paruitate magnitudinem aliquam exuperabit. Si itaque ſtabit ſecretio, quodcũque in quocũque nõ inerit, nõ in reliqua aqua nihil carnis manebit: at ſi nõ ſtabit, ſed ablatio ſeper fiat, in magnitudine finita æquales partes inerunt finite, multitudine infinite, quod eſſe nõ poteſt. g Ad hæc, ſi omne corpus aliquo ablato neceſſe eſt minus fieri, & carnis quantitas tum magnitudine, tum paruitate eſt definita conſtat è minima carne nullum corpus ſecretum iri: nõ minima minor ſecerneretur. Præterea in infinitis corporibus caro infinita, & ſanguis, & cerebrum poſſent profectò inefſe ſeparata quidè ab inuicem, ſed quæ nihil minus eſſet: & vnũquodque infinitum: quod à ratione eſt alienum. h At verò ſecretionem finem nunquam habituram, non ſcitè quidè dicitur, ſed tamè rectè, cùm affectiones ſeparari nõ poſſint. Porro habitibus, atque coloribus admixtis, ſi ſeparètur, album quippiam erit, aut ſanum, quod non aliud quiddam erit, nec in ſubiecto. Abſurda itaque erit mens, quæ ea moliat, quæ fieri nequeunt: ſiquidem ſegregare inſtituit, quod facere non poteſt, tum quantitatis ratione habita, tum qualitatis: quantitatis quidem cùm minima non ſit magnitudo; qualitatis verò, quod ſeiungi affectiones non poſſint. k At neque eorum, quæ eiusdem ſunt formæ, generationem rectè ſumit. Lutum enim partim in lutum diuiditur, partim non diuiditur: nec quemadmodum lateres ex domo, & domus ex lateribus, ſic & aqua, & aer ex ſe viciffim & ſunt & fiunt. Præſtat autem pauciora ſumere, ac finita, quod quidem facit Empedocles.

Textus 38.

Textus 39.

Textus 40.

Textus 41.

ſe, atque adeo operam perdere in ea re, quæ conferri ad exitum non poteſt; ſiquidè ſecretionem illam al ſolui (vt ipſe aiebat) impoſſibile eſt; tum quia datur minima caro, è qua alia vltèrius excerni non poteſt, tum quia accidentia nequeunt à ſubiecto ſeparari.

k At neque Leui admodum argumento in eam opinionem incidit Anaxagoras, vt aſſeret nihil aliud eſſe generationem, quam compositionem ex ſimilium partium coalito, nimirum quia videbat lutum ex luto, aliaque id genus ex ſimilibus coagmentari. Namque licet multa eodem modo fiant, plurima tamè ſunt, quæ aliter cõpoſita coaleſcunt; vt idem lutum ex terra, & humore. Deinde explicat modos alios, quibus res effici conſueuerunt. Aliter enim lateres fiunt ex domo, & domus ex lateribus; aliter ex ſe inuicem gignuntur elementa. Tandem confutata his duobus capitibus eorundem ſententia, qui vel vnum tantum, vel infinita fecere rerum naturalium præcipia, mediã amplectitur opinionem, quæ nimirum plura, ſed numero finita præcipia cõſtituit.

QVÆSTIO VNICA.

VTRVM RES NATVRALES

Ad maximum, & ad minimum de-
finitæ sint, nec ne?

ARTICVLVS I.

IACIUNTUR INSTITVTÆ

Disputationis fundamenta.



Duo termini
magnitudi-
nis, duo item
paruitatis.
Terminus in-
ternus mag-
nitudinis.

Terminus
externus ma-
gnitudinis.

Terminus in-
ternus parui-
tatis.

Terminus ex-
ternus parui-
tatis.

ST huius controuersie disceptatio tū per se gra-
uis, & Philosopho digna; tum huic loco propria,
& ad ea, quæ ab Aristotele superiori capite dicta
sunt, planius intelligenda in primis accommodata.
Ut autem res tota dilucidè, & explicatè à nobis
tractetur, non nulla præmittenda sunt. Primum
illud esto. Quatuor terminos, vt interim in com-
mune loquamur, constituere oportet, quibus defini-
ri res naturales
queant; duos magnitudinis, duos item paruitatis; vtrobique vnum
internum, externum alterum. Terminus internus magnitudinis,
quem iam pridem Philosophorum vsus maximum quod sic vocat,
est ille terminus quantitatis, sub quo res esse potest, & sub maiori
non potest; veluti si homo sub quinque cubitorū magnitudine esse
queat, sub maiori verò nequeat, magnitudo quinque cubitorū erit
terminus internus magnitudinis humanæ. Terminus externus mag-
nitudinis, quem minimū quod non appellant, est ille, sub quo res
esse nō potest, sub minori verò potest; vt si homo constare nequeat
sub quantitate sex cubitorum; sed sub quavis minori; quantitas
sex cubitorum erit terminus externus magnitudinis humanæ. Ter-
minus internus paruitatis, qui minimum quod sic dicitur, est ille,
sub quo res esse potest, & sub minori non potest; vt si homo queat
sub vnus palmi quantitate consistere, non autem sub minore, quā-
titas vnus palmi terminus erit humanæ paruitatis internus. Termi-
nus externus paruitatis, qui nuncupatur maximum quod non, est
ille, sub quo res esse non valet, valet tamen sub quouis maiori. Ver-
bi gratia, si homo sub magnitudine dimidiati palmi cohærere ne-
queat, & sub quavis maiori queat, tunc quantitas dimidiati palmi
erit terminus externus paruitatis humanæ.

Secundum sit, vt aduertit D. Thomas in 4. sententiarum d. 12. q.
1. & 3. p. q. 77. art. 2. & Scotus in 4. d. 12. q. 2. Duo sunt accidētia,
quæ substantiam subiectam sensibus primò consequuntur, eiusque
duobus intimis principijs, materiæ, & formæ, respondēt; quātitas

nimi-

nimirum, & qualitas. Quantitas respondet materiae, primum quia nunquam abscedit, neque accedit noua materia sine abscessu, & accessu nouae quantitatatis. Secundò, quia sicuti materia est subiectum accidentium, quae in sensus cadunt, ita & quantitas suo modo. Tertiò quia quantitas est prima dispositio materiae ad excipiendas formas. Vnde effectum est, vt Plato, magno, & paruo, quae sunt quantitatatis affectiones, materiam significarit. Qualitas autem respondet formae, quia omnem formae varietatem necessariò mutatio alicuius qualitatis cõsequitur. Itẽ quia qualitati cõuenit esse principium agendi, sicut & formae; & nobiliores formas nobiliores qualitates sequuntur. Deinde quia qualitas, vt docet etiam D. Thomas in 12. q. 49. art. 2. est modus quidam substantiae. Quare cum modus, teste D. Augustino cap. 3. libri. 4. super Genesim ad literam, deuehat secũ mensurã, ac determinationem; determinare autem, & finire proprium formae fit, (vnde vetus Philosophia formam finitum nuncupabat; materiã, infinitum) consequens est, vt qualitas peculiari ratione sequi formam dicatur;

Tertium sit, Rerum quaedam incipiunt per primum sui esse; aliae per vltimum sui non esse. Priori modo incipit id, quod verè enuntiamus nunc esse, & immediatè ante non fuisse; quo pacto incipiunt substantiae, quae de integro gignuntur, & alia, quae momento fiunt. Nanque vt primum forma Socratis materiae iungitur, licebit dicere, nunc est Socrates, & immediatè ante non fuit. Id verò incipit per vltimum sui non esse, quod verè affirmamus in hoc temporis momento non esse; sed immediatè post futurum; quo pacto incipit motus, & ea, quae per motum efficiuntur, vt calor, qui per calefactionem, & albor, qui per albefactionem acquiritur. Deinde rerum quaedam per primum sui non esse; aliae per vltimum sui esse desinunt. Id per primum sui non esse desinit, quod verè dicimus in hoc momento non esse; sed immediatè ante fuisse; qua ratione desinunt substantiae, & motus. Nam Socrates, verbi gratia, desinit per primum sui non esse, quia vt primum eius anima desijt corpus informare, verè dicimus, nunc non est Socrates, qui immediatè antea fuit. Denique id per vltimum sui esse desinit, quod verè affirmamus nunc esse, & immediatè post non futurum; quem desinendi modum sibi vendicant indiuisibilia rerum successuarum, vt momentum, & mutatum esse. Nam de quolibet horum verè dicimus nunc est, & immediatè post non erit. Atque hæc tota doctrina de rerum inceptione, & desitione, quã hinc supponimus, octauo libro huius operis à nobis accuratè tradetur.

Quartum sit, Rerum physicarum termini multis modis in quaestionem cadunt. Aut enim de ijs quærimus sumptis rebus in singulari; aut in specie; aut spectatis quoad generationem; aut quoad cõseruationem. Potest enim disceptatio esse, vtrum hic, & ille ignis, & vtrũ ignis absolutè consideratus stato limite circumscribatur; itemq;

Cur quantitas materia se-
qui, eiq; res-
pondere di-
catur.

Cur for-
ma respon-
deat qualitas.

Conse

Varij modi;
quibus res in-
cipiunt & desinunt.

de principar quæ
causar

Quam variè
rerũ nat. ter-
mini in que-
stionem ue-
niant.

num

num res naturales in tanta quantitate progigni possint, vel etiam postquam genitæ sunt, conseruari; quæ sanè quæstiones non parū inter se habent discriminis. Constat enim, ordinariè, plura ad cuiusq; rei ortum, quam ad eius conseruationem deposci, (sicuti ad figuram excipiendam requiritur in cera mollitudo, non tamen ad eam retinendam), præsertim cum res quælibet, vbi iam in lucem prodijt, ipsa se tueri, & contrarijs resistere propria vi nitatur.

Postremum fit, In hac controuersia non inquirimus detur nè in tota rerum vniuersitate corpus aliquod omniū maximum, itemque aliud minimum. Liquet enim vltimum corporum cælestium cætera corpora magnitudine superare; cum omnia suo amplexu coerceat. Patet etiam in qualibet rerum specie dari actu corpus aliquod maximum, quod nimirum vel cætera eiusdem speciei amplitudine vincat, vel faltem à nullo eiusdem speciei vincatur; quod item de minimo eadem ratione dicendum erit.

ARTICVLVS II.

STATVNTVR NONNVLLE

Assertiones; Primùm de terminis rerum naturalium in commune; deinde de terminis viuentium.

1. Assertio.

HIS ita explicatis sit prima assertio. Res naturales spectato ordine vniuersi, quocunq; modo sumantur, non possunt esse quantæcunq; magnitudinis. Ratio huius in promptu est; siquidem extra cœlestem mundum nullum corpus refundi potest; in sublunari verò nullum valet esse maius eo, quod ex tota inferiorum rerum materia concreveret.

2. Assertio.

Secunda assertio, Res viuentes, tum quoad generationem, tum quoad conseruationem, aliquem habent suæ paruitatis, & magnitudinis terminum. Hæc assertio perspicua erit ei, qui singulas rerum viuentium species decurret. Nam neque homo, verbi causa, magnitudinem vnquam montis attingit, nec ad formicæ corpusculum contrahitur; neque mus ad equi magnitudinem excrescit, aut equus ad muris exiguitatem minuitur. Confirmatur quoque id testimonio Aristotelis, qui cap. 4. huius lib. text. 36. docuit, neque stirpes, neque animalia, aut horum partes quantæcunq; magnitudinis, aut paruitatis esse posse; quod item de animantibus affirmat lib. 4. de generatione animalium cap. 4. & vniuersim de viuentibus. 2. de anima cap. 4. text. 41. & 7. Politicorum, cap. 4.

3. Assertio.

Tertia assertio, Cuilibet speciei viuentium, quoad generationem, intrinsecum paruitatis, & magnitudinis terminum natura præfinijt.

Hanc

Hanc assertionem cōmuni consensu approbant Philosophi, D. Thomas in 4. d. 44. q. 1. art. 3. & 2. de anima ad tex. 45. & in 2. d. 14. q. 2. art. 1. & d. 36. q. 2. & 1. par. q. 7. art. 3. Caietanus eodem loco, Capreolus in 2. d. 19. q. 2. art. 3. Gregorius in 1. d. 11. q. 2. art. 3. Durandus in 2. d. 18. q. 1. Eam verò sic intelligendam esse volumus, vt in qualibet specie alter sit magnitudinis, alter paruitatis terminus ita p̄scriptus, vt nullū singulare illius speciei gigni possit sub quātitate, quæ aut exuperet eum terminum magnitudinis, aut maneat infra eum terminum paruitatis, verbi gratia, si maxima quantitas, in qua homo generari possit, sit trium palmorum; minima verò vnus digiti, nullus supra illam aut infra hanc gigni poterit; sed vel in alterutra harum, vel in intermedia, vt in magnitudine duum palmorū, vel duum & dimidij, & trium digitorum, vel denique in alia huiusmodi. Nam sicuti indiuidua cuiusque speciei non omnia ad eandem magnitudinem euadunt; ita neque omnia in eadem quantitate procreantur. Quare de re D. Thomas in 4. sentent. loco citato, & Ferrariensis 4. cōtra gentes c. 11. Probatur igitur tertia hæc assertio hunc in modum. Res viuentes non possunt gigni sub qualibet quantitate, vt ex secunda assertionem patet; sumatur igitur quātitas, in qua propter eius magnitudinem viuens generari non possit, minuaturque continuè, quousque ad viuens generationem apta sit: in ea imminutione dabitur punctum aliquod temporis, in quo liceat verè dicere, nunc est viuens, & immediatè ante non fuit; vt articulo proximo supposuimus; ergo quātitas illa, in qua genitū est eiusmodi viuēs, est terminus internus magnitudinis ipsius; sub ea nanq; generari potuit, non sub maiori; quia si sub maiori potuisset, vtique in ea prius fuisset genitum. Eodem modo ostendere licebit viuētia, quoad generationem, intrinsecum habere paruitatis terminum; sumpta nimirum quantitate, in qua propter eius exiguitatem generari viuens nō possit, quæ deinde augetur &c.

Quarta assertio, Res viuentes quoad conseruationem in sua constitutione naturali vendicant terminum magnitudinis & paruitatis internum: simpliciter tamen, hoc est, non spectata constitutione naturæ ipsorum congruente, vtrunque terminum externum habent. Vt hæc assertio intelligatur, sciendum est eam quantitatē & extensionem dici competere rei viuēti secundum naturalem dispositionem, quā facultatis altricis rectè se habentis opera obtinere potest; ita vt si collecto v. c. intra cutem humore noxio, intumescat, magisq; extendatur, eiusmodi maior extensio non ei secundum naturalem constitutionem aduenire censeatur. Probatur autem prior assertionis pars, quia sicuti anima intrinsecus definitam essentiam, & perfectionem habet, ita, & vis nutriendi, quæ ab illa dimanat, certo ac p̄fixo limite circumscrip̄ta est. Quare designari poterit certa quantitas, ad quā viuens ministerio potentia nutrientis rectè ad operandū disposita prouehi queat; non verò ad maiore. Quod item viuētia

Quos auctores habet.

Termini indiuiduorum cuiusque speciei.

Regia

4 assertio.

Prior pars assertionis confirmatur.

scilicet

P. versus

Cur anima
requirat quā
titatem defi-
nitam versus
minimum.

Posterior
pars assertio-
nis ostendi-
tur.

versus minimū prædicto modo terminentur, ex eo ostenditur, quia cum anima, ut est apud Aristotelem 2. libro de anima cap. 4. text. 37. sit actus corporis organici, atque adeò ad vitæ functiones obeūdas certa organa requirat, cōsequens fit, ut ad eū modū, quo ipsa determinata est, ita quantitātē, etiā versus minimū definitam exigat.

Deinde confirmatur secunda pars conclusionis in hunc modum; fundatur viuens ad eam vsque molem, in qua (ut in secunda assertione diximus) conseruari nequeat; in eo euentu dandū erit punctum aliquod temporis, in quo verè dici possit, nunc non est viuens, & immediatè ante fuit, siquidem, ut ex articulo superiori constat, viuentia desinunt per primum non esse; ergo in eo momento dabitur quantitas, quæ sit terminus externus magnitudinis eiusmodi viuentis; nam sub ea esse non potest, & sub qualibet minore potest, ut perspicuum est.

Idem de minimo ostendere licebit; nempe, contrahatur viuens ad eam vsque paruitatem, in qua seruari nequeat, in hac imminutione dabitur momentum, in quo &c. Præterea si viuentia quoad cōseruationem absolutè spectatam, non extrinsecum, sed intrinsecum haberent terminum; sequeretur posse ea desinere per vltimum sui esse, quod falsum est. Probatur consecutio, tunc enim daretur quātitas, seu extensio, in qua cōseruari possent, nō verò in maiori. Qua data, ita fas erit argumentari. Augescat illa extensio per continuam tumefactionem; cum huiusmodi incrementum per vltimum nō esse incipiat, quia per motum fit, dabitur instans, in quo verum sit dicere, nunc non est maior extensio, sed tempore proxime sequenti erit maior, ac proinde dabitur momentum, in quo verè affirmari possit, nunc est hoc viuens, & immediatè post non erit; quod est desinere per vltimum sui esse. Similis probatio adduci poterit ad ostendendum viuentia quoad cōseruationem absolutè spectatam non defini interno limite versus minimum: minuatur enim illa quantitas immediate post, vel ergo tempore proximè sequenti manebit adhuc viuens; vel non. Si manebit, non ergo ille, qui ante assignabatur, erat terminus internus cōseruationis simpliciter: si nō manebit; desinet per vltimum sui esse, quod fieri non potest.

Termini par-
tium dissimi-
larium rerū
viuentium.

Ex ijs, quæ diximus, facile erit intelligere idem de partibus dissimilaribus rerum viuentium, quod de ipsis viuentibus, tum quoad generationem, tum quoad cōseruationem, dicendum fore; siquidem viuentium quantitas ex partiū quantitate coalescit; quod & ratio ipsa conuincit, & Arist. monuit in disputatione capitis quarti aduersus Anaxagoram.

ARTICVLVS III.

DILVTIO OBIECTORVM

contra ea, quæ proximè dicta sunt.

Verum

Verum contra ea, quae articulo superiori statuimus; ita quispiam obiecerit. Potentia nutriendi non terminatur intrinsece versus maximam; ergo neque ipsa viuentia, quoad conseruationem in sua naturali constitutione intrinseco magnitudinis termino definitur. Probatur assumptum, quia potentia nutriendi aliquando re extra statum naturae congruentem educit, veluti cum aliquis ad gigantis excreuit magnitudinem. Nam cum illa extraordinaria moles errantis naturae vitium sit, imo & monstrum, negari non poterit, re eo pacto extra statum suae speciei debitum, atque adeo extra naturalem dispositionem collocari.

Item, constituatur Socrates in quanta maxima quantitate, secundum statum naturae suae conuenientem esse possit: tum alimentum capiat, cuius ipse repugnantiam nativo calore facile exuperet; cum igitur a maiori vi possit actio procedere, adhuc eiusmodi alimentum decoquet, & in se conuertet; ac proinde ad ampliorem euadet quantitatem: non ergo quantitas Socratis praedicto modo terminabatur.

Præterea, ferunt Crocodilum quandiu viuit nullum facere crescendo finem; ergo non vindicat sibi certam incrementi magnitudinem.

Ad hæc, Aristoteles cap. 4. huius libri tex. 38. aduersus Anaxagoram disputans asseruit e minima carne nullo modo aliam extrahi posse; censet igitur viuentia absolute spectata intrinseco termino quoad conseruationem circumscribi.

Postremo, aut terminus ille externus, in quo propter immodicam eius magnitudinem viuens interit, excedit quantitatem, sub qua idem viuens superstes fuit, vel non; si non excedit, ergo in eo nihilominus conseruabitur: si excedit, cum ille excessus necessario diuiduus sit, auferatur ab eo pars aliqua; ea dempta adhuc dabitur quantitas minor termino illo extrinseco, in quo viuens conseruari nequeat. Non ergo terminus primo loco designatus, erat ille, in quo primo viuens constare non poterat.

Hæc argumenta non difficilem habent explicatum. Ad primum responderi a quibusdam solet; cum viuens nativa & intrinseca vi excreuit, quantumlibet ad prodigiosam corporis molem euadat, nunquam ob id extra statum naturae conuenientem collocari, propterea quod si alticis facultatis, quam ei natura elargita est, ratio habeatur, tota illa quantitas ei iure debetur, sicuti & cuiusque alteri sua: maxime cum viuens, quantumuis magna, aut parua constet quantitate, suae speciei terminos nunquam exeat, vt supra diximus. Quo fit, vt horum sententia gigantes nec naturae vitio proueniant, nec simpliciter monstra habenda sint. Hæc tamen solutio non placet; sed potius gigantes debere simpliciter monstra iudicari, vt suo loco patebit, atque adeo esse illos extra naturalem constitutionem humanæ speciei, siue extra quantitatem competentem humanæ naturae ordinate se habenti, esto ea quantitas non excedat molem, in qua homo absolute conseruari queat. Res-

Germana solutio.

pondemus igitur vim nutriendi, si ad functiones suas obeundas probè affecta sit, quo pacto à nobis sumitur, cum eam interno limite definiri dicimus, neutiquam extra statum naturæ congruentem subiectum constituere; fecus verò rem habere cum aliqua exuberanti, & maligna qualitate utitur; tunc enim debitum, consuetumque naturæ ordinem præterit, atque ita interdum corpora aut ipsorum partes extra prædictos fines in immodicam & monstrosam quantitatem profundit.

Dilutio 2. obi.

Ad secundū dicendū in eo euentu altricē facultatē non cōuersurā nisi quantū alia ex parte vi caloris humidum continēter absumētis effluerit. Neque interim dum summa illa quantitas manet, vincere simpliciter resistantiam alimenti; alioqui vinceret, & non ageret, quod perinde esset, ac si ignis stupam appositam non combureret; sed subsistere non vincendo re ipsa, neque agendo, donec resolutio aliqua fiat. Constat enim eius actiuitatem in alimentum pēdere ex eo, quod res, quæ augetur, maximam suam quantitatem obtineat, vel non obtineat; & denique ex vario statu subiecti. Quare neutiquam eueniet, vt corpus in molem maiorem maxima porrigatur,

Dilutio 3. obi.

Ad tertiū respondetur, licet Crocodilus perpetuò cresceret, habiturum nihilominus clementi finem, eundem scilicet, quem vitæ: negandum tamen eum perpetuò crescere. Nam cum vita consistat in calido & humido, à quibus viuentia augetur, necesse est horum defectu, & imminutione Crocodilum mori; quare non crescit iam Crocodilus, antequam moriatur, in deterius vergente coëtrice facultate, nec valente plus resarcire, quam defluat, alioqui nunquam morte naturali Crocodilus solueretur.

Dilutio 4. obi.

Ad quartum omiſſis aliorum solutionibus, dic locutum fuisse Aristotelem eo loco de carne minima quoad generationem; disputabat enim contra Anaxagoram, qui res per secretionem gigni opinabatur; eumque incusabat quòd ex ipsius positione sequeretur, posse carnem minorem minima generari.

Dilutio 5. obi.

Ad quintū respondeto, extrinsecum terminum, in quo viuens interit, excedere quantitatem, in qua idem superesse potest, non collectim, sed diuisim sumptam, id est, quālibet quantitatem designatam; non tamen totam partium collectionem. Sumpta enim quacunque parte, in qua viuens conseruatur, dantur infinitæ maiores, in quibus conseruari adhuc poterit; si tamen tota partium collectio sumatur, vltra illam iam consistere nequibit. Imo nec in tota illa;

siquidē tota illa collectio nec sumi, nec designari potest; nisi

in ipso instanti; quo ad terminum extrinsecū,

in quo viuens interit, peruenitur,

nec illo minor, aut maior est.

ARTI-

ARTICVLVS IIII.

DE RERVM INANIMATA-
rum terminis quoad magnitudinem.

Quid verò de rerum non viuentium terminis sentiendum sit, suis quoque assertionibus explicemus. Prima esto. Non viuentia, quæ ex viuentibus gignuntur, obtinent quoad generationem terminum magnitudinis internū; ita vt minimum quod non viuentis, sit maximum quod sic non viuentis; quoad conseruationem verò, externo limite continentur. Hæc assertio intelligenda est de hisce non viuentibus spectatis prout à corruptione viuentium dependēt. Probatur autem facili negotio vtraque pars conclusionis. Prima hunc in modū. Datur quantitas aliqua, in qua, exempli gratia, hominis cadauer progigni possit, & in maiori non possit; ergo hominis cadauer vendicat sibi quoad generationem intrinsecū magnitudinis terminū. Confirmatur assumptum: nam in ea quantitate, quæ ob excessum, homini interitum affert, necesse est cadauer hominis generari; nec verò sub ampliori poterit, (cū primum non esse hominis necessariò sit primum esse cadaueris). Quare illa erit maximum quod sic cadaueris. Secūda pars suadetur, quia eiusmodi non viuentia non habent vim conuertendi in se alia corpora, quin potius ipsa per se extabescunt, & in alia soluuntur; atque adeò fateri necesse est nō posse illa, vel per tumorē, vel alio quouis modo infinite porrigi; sed potius circūscriptione aliqua definiri, non interna tamen, ne per vltimum sui esse desinant.

Secunda assertio. Reliqua non viuentia tam quoad generationē, quam quoad conseruationem, nullum vendicant magnitudinis terminum. Huic assertioni illud fidem facit, primum quod ignis, cæteraque eiusmodi, quò molem obtinent ampliolem, eò magis vigent, cōtrariorū vim acrius depellunt, seq; melius tuentur; ac demū cū ad actiones suas obeundas certa organa nō requirant nihil obstat ex vi formæ, quominus in quātumuis ampla materia & generentur, & consistant. Deinde quia si igni aliquam incrementi metam natura posuisset, sequeretur maximum ignem non fore admotam stupam inflammaturum, quasi iam fastidio non possit alimenta, capessere, quod ridiculum est, refelliturque verbis illis Prouerbiorum 30. ignis nunquam dicit, sufficit. Item quia si aquæ quantunlibet magnæ noua pars aquæ accedat, certè excrescet aquæ moles; neque verisimile est repugnatum iri à natura ne noua illa aquæ pars priori copuletur, cū id neque ratio, neque experientia persuadeat. Accedit testimonium Aristotelis 2. de anima, cap. 4. text. 41. vbi ex eo probat ignem non esse causam accretionis viuentium, quod nullis incremen-

1. Assertio.

De terminis
cadauerum.Suadetur pri-
or pars a ssef-
tionis.Suadetur pō-
sterior pars.2. Assertio de
cæterorū nō
viuentiū ter-
minis.Ridiculū nō
correctū in
stupam a ma-
ximo igni.

incrementi finibus, ultra quos excurrere non possit, coerceatur; cum tamen viventibus statuta, ac certa magnitudo constituta sit. Porro nostram hanc assertionem tuetur D. Thomas 2. de anima ad text. proxime citatum, Aegidius, & alij ibidem, Scotus in 2. d. 2. q. 9. Albertus Magnus 2. de anima tractatu 2. cap. 4. Ochamus, & Gabriel in 3. q. 7.

A R T I C V L V S . V .

A R G V M E N T A C O N T R A
Superiores Assertiones.

Opinio attri-
buens non vi-
uentibus ter-
minum mag-
nitudinis.

Sunt tamen, qui contra sentiant, affirmantque non viventia aliquem habere magnitudinis terminum à natura definitum, quorum sententia his argumentis videtur comprobari. Etsi quantitas absolute spectata materiam sequatur; nihilominus quoad determinationem, formam sequitur, eique proportionem respondet, cum sit eius actus; sed ignis, & cuiusque non viventis forma certam habet circumscriptionemque naturam; ergo eius quantitas certa, & circumscripta erit. Huc pertinet quod nulla causa reddi possit, cur non idem de quantitate dicatur, quod de calore, & frigore, aliisque huiusmodi qualitatibus, quas tamen palam est, etiam in non viventibus certo termino definiri: nec enim ignis, verbi gratia, calorem, aut aqua frigus ultra certam mensuram, quam designare solemus per octo decemve gradus, obtinere possunt.

Vt Iandimus
hoc in lib. q.
16 Ferrar. q. 7
Achillinus
suz Physica.

2. Argum.

2. Sicut intensio perfectio est qualitatis; ita & extensio quantitatis; sed qualitates, saltem quæ naturalis ordinis sunt, vendicant certam graduum intensiorem, quam naturæ viribus prætergredi non possunt; ergo & quantitas certam habebit extensionem, ultra quam progredi nequeat.

3. Argum.

3. Quemadmodum forma ignis per totam materiam sparsa est, & diuidua in partes, augeturque appulsu nouæ materiæ; ita & forma cuiusque viventis imperfecti, veluti lacertæ; nisi quod viventia alimento intus attracto, ac propria nutritione crescunt; cætera verò non item: atqui etiam viventia imperfecta certis limitibus continentur (vt fuit à nobis superius dictum) ergo & ignis, atque alia huiusmodi corpora vitæ expertia.

4. Argum.

4. Huius sententiæ videtur Aristoteles. Namque in libro primo de generatione animalium capite primo ait naturam effugere infinitum, quia ubique finem querit; & 8. huius operis c. 2. tex. 15. asserit nihil eorum, quæ natura fiunt, esse indeterminatum; censet igitur Aristoteles non viventia terminata esse.

ARTICVLVS VI.

EXPLICATIO ARGVMENTORUM superioris articuli.

Verum hisce argumentis hunc in modum fiet satis. Ei, quod primo loco obiectum est, dicendo quantitatem non modo sequi materiam, vt initio huius quaestionis praefati sumus; sed etiam formam; alio tamen, atque alio modo. Materiam nanque sequitur absolute, formam vero tanquam id, à quo modum & terminum accipit, vt Simplicius aduertit hoc in libro text. 69. Itaque praefinitur quantitas à forma, etiam in non viuentibus, hoc pacto; quod forma huius ignis singularis dum perseverat simpliciter eadem, id est, dum ei non detrahitur neque adiungitur noua pars formae (quae adiunctio, detractioe necessario efficit vt non omnino & absolute, sed ex parte, eadem forma maneat) hanc certam, & designatam quantitatem obtinet. Quod si eadem forma conuertendo in se se aliquod combustibile, extendatur; tunc pro ratione sui incrementi, aliam iam quantitatem vendicabit. Ad hunc igitur sensum determinatio quantitatis sequitur modum formae. Verum sicuti formae non viuentium, de quibus hic agimus, sine vlla meta extendi possunt accessu nouarum partium, vt superius ostendimus; ita si absolute spectentur, non vendicant sibi certam quantitatem versus maximum.

Sed iam vrget altera argumenti pars, quaerendo videlicet cur non viuentia absolute spectata quoad gradus suarum qualitatum definiantur, non vero quoad quantitatis extensionem. Occurrendum tamen est, aliam esse rationem in calore, ac frigore, caeterisque qualitibus, aliam in quantitate. Nam calor, verbi gratia, consequitur formam quoad eius perfectionem intensiuam, quae cum certa sit, certa etiam postulat accidentia quoad intensiorem; item calor est vis instrumentaria ignis, & principium agendi ipsius. Quare cum natura comparatum sit, vt id, quod definitam habet essentiam, definite operetur, planè sequitur calorem ignis, etiam absolute sumpti, certo graduum termino contineri, vt ipsa quoque ignis actio definita sit. At quantitas sequitur formam quoad eius quasi extensiuam perfectionem: deinde non est principium agendi; sed recipiendi duntaxat. Vnde ex maiore illius amplitudine simpliciter maior formae perfectio non arguitur.

Quod ad secundum attinet argumentum, iam ex proximè dictis constat, cur naturales qualitates magis ac magis sine limite intendi nequeant. Solum igitur explicandum superest, cur non idem de quantitatis extensione dicatur. Est igitur ratio dissimilitudinis, quia amplitudo illa non simpliciter per se, sed ex accidente quantitati aduenit,

Solutio primi argum.

Quantitas alio modo in materia, alio formam sequitur.

dehimi

na se hianu pro

cumo ap ma

na se hianu pro

Aliter quantitatem, aliter qualitates finiri

Sol. 2. arg.

Extensio quã
titatis ex se
nullis termi-
nis coercetur

aduenit, nempe ratione nouæ materiæ aduenientis. Cùm enim ap-
posito combustibili augetur ignis, quælibet materiæ portio nouam
secum inuehit quantitatem, cuius accessu prior quantitas excrefcit.
Neque absurdum est admittere hanc qualẽcunque quãtitatis perfe-
ctionem limitatam non esse. At maior qualitatis intensio, cùm supra
eandem materiæ partem replacetur, simulque qualitatem, si acti-
ua sit, ad agendum fortiorem reddat, maiorem simpliciter in ea
perfectionem arguit.

Sol. 3. arg.

Alia lex viuẽ-
tium etiã im-
perfectiorũ, a-
lia non viuẽ-
tium quoad
terminos.

Ad tertium negandum est, eodem modo se rem habere in viuen-
tibus, & in non viuentibus. Nanque viuentia certam habent à na-
tura sibi destinata sedem (que in animantibus est ventriculus, in
arboribus medium quid inter caudicem & radicem) in qua alimen-
tum decoquant, & vnde cæteris membris materiam ad accretionem
transmittat. In qua parte tanquam in foco ad concoctionem præstan-
dam acrior vis natui caloris infidet. At enim huiusmodi calor, &
quia certæ intensiois est, & quia cum alimento depugnat, in eoque
congressu aliquid dispendij necessariò accipit, & progrediente tem-
pore sensim languescit; fit vt nequeat quantumlibet magnam alimẽ-
ti portionem parare; sed certã, & quæ in extremas corporis partes,
si longo tractu distent, peruenire non possit. Quare cùm viuens sine
alimento non cõsistat; planè sequitur viuentium incrementa aliquo
termino definiri. In rebus vero inanimis multò secus accidit. Nec
enim habent certam aliquam partem, quæ aduentitiam materiam
disponat; ac si quid detrimenti ab aduersario accipiunt, id parta vi-
ctoria confestim refarciunt, vt videre est in igne.

Sol. 4. arg.

Non potest
natura infini-
tas animan-
tium species
moliri.

Ad quartum dicendum est Aristotelem priori loco tantummodò
docere, non posse naturam alia animantia ex alijs generando infini-
tas species moliri. Posteriori verò negare infinitum, quod in rerum
procreatione Empedocles, & Anaxagoras posuere: ille enim infini-
tas vices mouendi & quiescendi elementis attribuit; hic asseruit mẽ-
tem innumerabilibus seculis obtorpuisse, deinde manum ad mo-
uisse operi.

Improbatur
quorundam
recentiorũ o-
pinio.

De incremẽ-
to vitis & he-
deræ.

Ex dictis colligi potest, non rectè quosdam nostræ ætatis Phi-
losophos asseruisse viuentia, quæ formam extensam habent, non
habere definitam incrementi legem, posseque, nisi externo impe-
dimento cohibeantur, in immensum luxuriare, & grandescere; qui-
bus & experientia ipsa refragatur, & ea Aristotelis testimonia, quæ
articulo secundo huius quæstionis ad assertionem secundam retu-
limus. Neque obstat quod vitis in terram defossa, & iterum, ac
sæpius emersa, sine termino propagari possit. Nam ea, quæ diuer-
sis in locis alias atque alias radices agit, non vnus, sed plurium
vitiũ rationem obtinet; sicuti etiam hederæ, quæ erratico lapsu
passim fibras emittit. Quanquam neque de his conspicuè ostendi
potest non habere illa præscriptam extensionis suæ mensuram.

ARTICVLVS VII.

ASSERTIONES DETERMINO paruitatis corporum vitæ expertiū.

QUod ad terminum paruitatis corporum non viuentium spectat; non libet omnes omniū sententias in mediū afferre, sed duas duntaxat celebriores. Prima est Scoti in 2. sententiarum. d. 2. q. 9. & 5. Metaph. q. item. 9. Ochami in 2. d. 8. & aliorum, quam etiam probabilem censet Ioannes Maior in 1. d. 17. q. 16. Hi putant inanima homogenea neutiquā terminari versus minimū.

Secunda est Auerrois, 6. huius operis lib. com. 32. & 99. Diui Thomæ. 1. p. q. 7. art. 3. & in 2. d. 30. q. 2. art. 2. Durādi in eodē 2. d. 18. q. 1. Capreoli, & Hispalensis d. 19. q. 1. Sōcinatis 8. Metaph. q. 3. Ferrariensis hoc in libro, q. 7. Richardi quodlibeto 3. q. 5. Gregorij in 1. d. 17. q. 2. arti. 3. aliorumque asserentium terminari; quam opinionem asserit Themistius amplexum fuisse Theophrastum Aristotelicæ doctrinæ alumnum, & scholæ successorē.

Nos hanc controuersiam duplici conclusione dirimemus. Prima sit, Homogenea inanima quoad partes, quæ toti inhaerescunt, nullo paruitatis termino continentur. Hæc desumpta est ex Aristotele in libro de sensu & sensili, cap. 3. eiusq; veritas inde patet, quia in quantitate ignis, verbi causa, nulla est tam exigua pars, qua nō sit alia minor; quælibet autem pars quantitatis hæret in materia, quam necesse est forma ignis indutam esse; insuper verò quælibet pars ignis, est ignis, quod in compositis heterogeneis non accidit. Itaque in quolibet igni nulla est tam exigua ignis portio, qua non existat alia minor in eodē igne.

Secūda sit. Quælibet nō viuentia quoad generationē intrinsec⁹ terminantur vers⁹ minimū; quo ad cōseruationē autē simpliciter externo paruitatis limite claudūtur. Hæc assertio ita suaderi potest. In primis, quod nō viuentia aliquē habeāt paruitatis terminū docet experiētia mater Philosophiæ. Videmus enim si ignis in minutas partes abeat illico extingui. Deinde quia, cum vnunquodq; sit propter suam operationem, vt testatur Aristoteles secundo de cœlo, cap. 3. text. 17. & primo Ethic. cap. 7. non consuevit natura aut generare, aut cōseruare corpora nisi sub ea quantitate, in qua functiones suas obire queant, potest verò esse tam exigua quantitas; in qua id præstare non valeant. Iam verò quod huiusmodi paruitatis terminus etiam in non viuentibus debeat esse intrinsecē definitus quoad generationem, ita probatur. Non viuentia nequeunt in quantumvis parua quantitate generari, vt proxima ratio ostendit; augetur igitur ea quantitas, in qua, verbi gratia, terra progigni non possit; ne-

1. opinio.

2. opinio.

1. Conclusio.

2. Conclusio.

Vnū quodq; est propter suam operationem.

cessarò

cessario deueniendum erit ad punctum aliquod temporis, in quo forma terræ eam materiam, quæ continuè increuit, subire possit; sed materia sub ea quantitate est minimū quod sic terræ quoad generationē; igitur terra (quod de cæteris inanimis pari ratione dici debet) intrinseco termino definitur quoad generationē. Secūda verò pars assertionis ex eo confirmatur, quia si non viuentia quoad conseruationem simpliciter terminata essent intrinsecè, sequeretur ignem, verbi gratia, posse per vltimum sui esse desinere; videlicet si minimus ignis immediate post aliquod momentū in densitatem coeat.

Terminus cōseruationis minor termino generationis.

Hinc collige posse ignem conseruari infra minimum quod sic generationis, cum admittamus posse minimum ignem aliquantulum addensari. Neque id mirandum est, cum plura ad cuiusque rei generationem, quàm ad conseruationem natura ipsa requirat; vt articulo primo huiusce quæstionis astruximus.

ARTICVLVS VIII.

ARGVMENTA, QVI- bus proximi articuli assertiones oppugnantur.

Primū arg.

NVnc ad ea argumenta veniamus, quibus probari videtur, non viuentia, saltem homogenea, vt elementa, omni paruitatis termino carere. Primum ita habet. Nulla est in re combusti- bili tam exigua pars materiæ, qua non sit alia minor, quæ prius excipiat calorem summum, cæterasque dispositiones ad formam ignis; siquidē ignis agit vniformiter difformiter, ac prius in viciniore, quàm in remotiores partes vim suam explicat; ergo nulla est tam minutā materiæ pars, in quam non ipsa quoque forma ignis induci queat. Probatur consecutio, quia si disposita ea parte materiæ, non confestim in eam induceretur forma ignis, sequeretur formam rei interituræ consistere aliquandiu in materia affecta dispositionibus sibi repugnantibus, & alteri formæ proprijs, quod est absurdum.

u. ad c. vii. ar.

2

Secundum. Quemadmodum alimentum continuè in rem alitā conuertitur, ita continuè corrūpitur; igitur in ea corruptione nunquam supererit conuertenda tam exigua pars, quin minor adhuc superfit; Ex quo planè colligitur alimentum non vendicare certum terminum quoad conseruationem.

3
Diuisibilitas affectio quæ sitatis.

Tertium. Esse diuiduum in partes, est affectio rei quantæ, vt constat ex doctrina Aristotelis quinto Metaphy. cap. 13. text. 18. ergo cum quilibet ignis quantitate præditus sit, quilibet in minutiores ignes, qui separatim cohæreant, dispertiri poterit; atque adeò ignis versus minimum caret termino.

Quartum

Quartū. Sumatur ignis, cuius dimidia pars sit infra eam, in qua dicunt posse eius formam conseruari. Tum constituatur diuinitus in vacuo, ibique ab Angelo in duas æquales partes dispertiat; vel huiusmodi ignis in nihilū interibit, vel diuidetur in partes alterius naturæ, vel in ignes. Primum admitti non debet, quia sicuti creare, ita in nihilū redigere, solius diuinæ virtutis est. Secundū etiam dici nō potest, quia vnum quodque secatur in ea, ex quibus componitur; dandum est igitur tertium; ex quo sequitur ignē nunquam esse intā exigua quātitate, quin adhuc in minori sine vllō termino possit cōsistere.

ARTICVLVS IX.

DILVVNTVR

Superiora argumenta.

NON imus inficias hæc argumenta admodū probabilem redere opinionem Scoti, eiusque sectatorum. Verūm possunt illa à nobis non ita magno negotio dilui. Quod ad primum attinet, nonnulli, è quorum numero est Soncinas 8. Metaph. q. 23. Capreolus in primo, d. 17. q. 2. art. 2. & in 2. d. 19. q. vnica, art. 3. Aegidius. 1. de generatione, q. 25. Auerroes lib. 8. huius operis cōmento, 23. eiusque asseccla Iandunus, lib. 6. q. 15. arbitrantur qualitates habere minimum quoad extensionem, ita vt dispositiones, quas quæque forma ad sui introductionem postulat, non possint suscipi in quantūlibet parua quantitate; sed in præfinita ac certa, quæque non sit minor illa, quam forma substantialis rei generandæ exposcit. Quare si ignis infra acari magnitudinem progigni nequeat, aiūt cōplexionē illā qualitātū, quā ignis postulat, nō posse infra acari magnitudinē coalescere. Itaq; negāt primū argumēti p̄nuntiatū.

Nos tamen cōtra opinamur, nimirū qualitates sicuti nullo quoad intensionē, ita nullo quoad extensionē paruitatis termino finiri, quod probat argumentū. Dandū est igitur prius pronūtiatū; sed negandū posterius; & ad eius confirmationem respondendum nihil incōmodi sequi ex eo, quod forma persistat in materia, cuius aliqua pars imbuta sit qualitatibus alterius formæ, interim dum eæ qualitates se se extendunt per quantitatem aduenienti formæ congruentem, quam vbi primum occupabunt, hoc est, in ipso momento, quo dispositiones fuerint in ea quantitate, quæ sit minimum quod sic comparatione formæ aduenientis, confestim priori forma intereunte, noua succedet. Hæc tamen intelligenda sunt cum totum aliquod compositū, exempli gratia, totus aliquis ignis seorsim producitur, vt is, qui solarium radiorum coitu excitatur. Nam cum ab altero vicinam materiam corripiente gignitur, non oportet expectare dum igneæ qualitates ad certam extensionē se proferant, quia noua pars ignis simul

*peresa de p̄d**1. 102**in arna.**Qualitates habere minimum quoad extensionem multorum opinio.**acari**Qualitates non habent terminum paruitatis quoad extensionem.**Sol. 1. arg.**Res**Alia ratio in generatione integra, alia in partiali quoad paruitatis terminum.**noaia tar**ignis**6. 102*

inhærescit, & continuatur toti: atque ita non sequitur dari ignē per se consistentem minorem minimo. Id quod etiam in viuentium nutritione accidit, in qua nulla est tam exigua alimenti pars, cuius materia non accipiat formam viuentis; non tamen per se, sed ita vt toti continuè agglutinetur.

Sol. 2.

Solutio secundi hæc in primis esse potest. Ne cibus cōtinuā conuersionē subeūdo ita decreſcat, vt cogatur manere infra minorē quātitatē, quā sit ea, sub qua ei⁹ forma coherere valeat, antequā id cōtingat, natura, vt est in eiusmodi reb⁹ prouida, quò imminēs incōmodū auertat, cum ad eas angustias ventū fuerit totum apparatus dispositionum, quæ ad formam viuentis requiruntur, simul cū ipsa forma, & ad cōsequentia illius, subito inferet ex vi præuix dispositionis, quāuis imperfectæ in ea parte materiæ.

Dubitatio.

Iure tamen petierit aliquis quando id præstandum sit à natura? Nam si id præstare debeat in eo instanti, in quo cibus attigerit certā illam quantitātē, infra quā nullo modo conseruari iam possit; sequitur cibū claudi simpliciter intrinseco termino paruitatis quoad cōseruationē, quod supra negauimus asserentes non vniētia quoad cōseruationē absolutē loquendo non nisi externis limitibus finiri. Dicēdū est igitur prædictas dispositiones introducendas simul cum forma in eo instanti, in quo peruentum fuerit ad maximum quod non cibi, hoc est, ad eam quantitatem, in qua iam præ exiguitate nequeat manere forma cibi, in qualibet autem maiori queat.

Responsio.

Alia responsio, que magis placet.

Atque hanc solutionem vberioris doctrinæ gratia proposuimus; magis tamen placet sententia, quæ decernit in ea continua conuersione, cum ventum fuerit ad maximum quod non cibi, inducendam subito in illud esse formam rei viuentis absque perfectis dispositionibus. Maius enim incommodum est perfectas dispositiones momento inferri in materiam occupatam adhuc contrario repugnante, & successiue vincendo, quā formam, quæ serpebat, induci in materiam, in qua nondum dispositiones ad gradum perfectum euaserint, ad quem ipsa forma paulo post se se prouehet. Quemadmodum è contrario ponimus formam ligni, verbi causa, manere sub perfectis dispositionibus ad formam ignis, quousq; illæ per quantitatem sufficientem ad introductionem formæ ignis se se extendant.

Dubit.

Maior tamen existit dubitatio quid dicendum si accipiatur corpus, quod non per conuersionem in substantiam alterius; sed per condensationem paulatim ad minorem extensionem contrahatur, vt aqua in loco perfrigido; nec enim tunc apparet, in quo termino debeat consistere, si in infinitum diminui non potest. Sunt qui dicant debere eiusmodi corpus se se continere in termino intrinseco cōseruationis secundū naturalē dispositionē, obnitēte videlicet forma cōmuni conatu, & repugnātia totius naturæ, nō secus, ac depugnare solet, ne vacuum detur. Alij dicunt tale corpus aliquantulum

Quorundam responsio.

Responsio aliorum.

tulum

tulum infra eiusmodi terminum descensurum. Nec enim natura, ut experientia passim docet, similibus dispendijs naturalium dispositionum usque adeo obstitit: sub quo verò termino manere debeat, quia non est maior ratio, cur sub hoc, quam sub illo stet; præfiniet ipse naturæ auctor, & parens Deus, cuius est naturæ impotentiam, & inopiam in ijs, alijsque eiusmodi euentis ordinaria, staturaque lege supplere.

*aliqua uisenda
nisi uari. unio*

Neutrum tamen ex ijs per fugijs necessarium videtur, cum facile dici possit conuenienter ijs, quæ proximè asserta sunt, & mox dicitur, tantulam illam aquam in loco perfrigido addensandam esse, quousque perueniat ad maximum quod non, & in eo puncto conuertendam in circuniectum corpus; sicuti etiam mox in solutione quarti argumenti de sectione minimi ignis in pleno ex D. Thoma dicitur. Si autem corpus aliquod ponatur in vacuo, quod occupare, ac replere non possit, quantunuis rarefiat, quæratque in quo nam termino subsistere debeat rarefactio; tunc alter ex illis modis, quos attulimus, sequendus erit.

Legitima ex-
plicatio du-
bit.

Solutio tertij, Non est affectio rei quantæ secari posse in partes, quarum quælibet separatim consistat; sed habere aptitudinem, ut in eas ex vi quantitatis secari possit; licet interdum eam diuisionem fieri aliunde repugnet, ut in re proposita accidit. Nam quod hæc quantitatis, siue rei quantæ affectio hoc modo intelligenda sit, ex eo patet; quia alioqui, ut Gregorius in 1. d. 17. q. 2. art. 3. & Caietanus 1. p. ad articulum tertium quæstionis septimæ aduertunt, dicendum foret substantiam cœli, quia quantitate prædita est, diuidi posse, cum tamen cœlum, ut ab interitu, ita à sectione prorsus immune sit.

Sol. 3.

Solutio quarti, Putat Caietanus fore in eo euentu ut materia in nihilum cedat; quod etiam probabile existimant Gregorius, Ferrariensis, & Soncinas. Alij verò opinantur mansuram sine omni forma substantiali materiam. Quod si quis obiiciat, isthæc miracula cum totius naturæ facultatem excedant, non posse ab angelo præstari; occurrent ea non ad vim secantis angeli, sed Dei, qui inanitatem illam spatij prius induxit, referenda esse. Aliter quoque ad argumentum respondet Ferrariensis, nimirum sicuti eiusmodi sectio, non nisi posito miraculo, ac præter naturæ ordinem fit; ita ad naturæ auctorem pertinere partes ignis in id, quod uolet conuertere.

Prima sol. 4.

Secunda sol.

Quæ responsio magis satisfacit admissa ipsa diuisione. Potius tamen dicendum in eo euentu, si res naturæ suæ relinquuntur, non sectum iri illum ignem ab angelo tota renitente, ac repugnante natura, ut paulò ante de corpore se se addensante, iuxta priorem modum soluendi propositam difficultatem, dicebamus.

3. solutio.

nisi uari. de cor.

Quid verò si ignis in spatio pleno diuidatur? Multi hypothese non admittunt, aientes non minus etiam tunc à natura depugnatum iri, ne quid ignem illum dispertiat, quam ne aliquod inane spatium in mundo sit. Sed melius D. Thomas, Iandunus, Capreolus, & pleriq; alij

Dubium.

Explicatio.

se parte

alij censent eas partes in vicina corpora conuertendas, ita videlicet vt eo temporis momento, in quo diuisio absoluta fuerit, abiecta forma ignis induant formam circumfusi corporis, illique inhærescant.

Capitis quinti Explanatio.

Porro a omnes Reiectis eorum opinionibus, qui vnum duntaxat, vel infinita posuerunt rerum naturalium principia, mediam approbaturus Aristoteles statuit hoc capite aliqua saltem principia contraria esse; idque probat ex communi omnium Philosophorum assensu. Omnes enim contraria fecere principia, quanquam non optima

Admiranda aliqua ratione ducti; sed veritate ipsa cogente. Nanque, vt scripsit Menander, venit in lucem vis veritatis.

veritas vel nõ que-
ritur; & vt D. Tho-
mas hoc loco ait,
quemadmodum la-
pis nulla antecede-
te cognitione suo-
pte impetu in cen-
trum vergit, ita hu-
mana mens interdũ
sine vlla exquisita ra-
tione, tacita quadã
vi, & impulsa veri-
tatis ipsius, in veri-
tatem quasi in suum
centrum pergit.

Opinio Par-
menidis.

b Tum hi qui
Tria recēset opinio-
num genera, vt ostē-
dat omnes antiqui-
tatis Philosophos
ad inducendã prin-
cipiorum contrarie-
tatē conspirasse. Pri-
ma est Parmenidis,
qui tametsi vnũ im-
mobile finxisset, co-
actus tamen ea con-
cedere, quæ sensui
patent, calidum, fri-
gidumque adiecit,
quorum alterũ ignē
& ens; alterum ter-
rã, & nõ ens; esse
bat. Secunda est Me-
lissi, qui etiam non
solum vnum mobi-
le, sed raritatem quo-
que, & densitatē, vt
principia, inuexit.

Opinio Me-
lissi.

Aliorum sen-
tentia.

Tertia est eorum,
qui plura, quam vnum constituerunt, inter quos Democritus duplici de causa contrarietatem
admisit. Primum quia arbitrabatur omnia ex inani, & atomis, quæ inter se pugnant coaluis-
se; deinde quia asseruit sua illa indiuidua corpuscula, ordine, figura, situque differre.

Principia ef-
se inter se cõ-
fraria.

c Idque optima ratione Principia esse inter se contraria hunc in modum cõfirmat. Prin-
cipia dicuntur, quæ nec ex se se mutuo, neque ex alijs sunt; sed ex ipsis sunt omnia; prima cõ-
traria

C A P. V.

P

Orro ^a omnes contraria principia faciunt, tum ^b hi qui vniuersum vnum & immobile dicunt esse (quandoquidem Parmenides frigidum, & calidum principia facit, ignemque & terram hæc nominat) tum qui rarum & densum. Democritus quoque solidum & inane, quorum alterum vt id quod est, esse ait; alterum vt id, quod non est. Quin etiam situm, figuram, & ordinem, quæ contrariorũ sunt genera situm, vt sursum & deorsum, ante & retro; figuram, vt angulos habens, & non habens, rectum & circulare. Quæ igitur contraria sunt principia omnes statuere manifestum est. c Idque optima ratione: Namque principia nec ex se se vicissim esse nec ex alijs, & ex his omnia oportet. Contrarijs autem primis hæc insunt. Quod enim sint prima, ex alijs non sunt quod verò contraria, non vicissim ex se se. Atqui & ratione quoniam modo hoc accidat considerandum est. d Sumendum itaque primum est, omnium, quæ sunt, nihil in quoduis agere, à quouis pati, neque ex quouis quoduis fieri, nisi ex accidenti quis sumpserit. Quoniam pacto album ex musico possit fieri, nisi albo, aut nigro musicum esse acciderit? Sed album quidem sit è non albo, atque eo non quouis, verum ex nigro, aut intermedijs, & musicum è non musico, sed non è quolibet, verum ex eo, in quo musicæ est priuatio, aut è medio, si aliquod sit inter ipsa. Neque igitur in quoduis primum interit, vt album non in musicum nisi interdum ex accidenti: sed in non albũ non tamen in non albũ quoduis sed in nigrũ, aut intermedium, similiter & musicum non in quoduis, sed in id, quod musica priuatum est, aut si aliquid inter hæc locatũ est. e Nec secus res habet in cæteris. Nam & eorum, quæ simplicia non sunt, sed composita eadẽ est ratio: sed quod dispositiones oppositæ nomen non habeant, accidere id latet. Ne-

Textus 42.

Textus 43.

Textus 44.

Textus 45.

eraria ita se habent; ergo prima contraria sunt principia; atque adeò quædam principia sunt contraria. Probat assumptionem; ac prima contraria non fieri ex alijs suadet; quia si fierent, non esset prima. Nam cum omne quod fit, è contrario fiat tãquam termino, à quo actio proficiscitur, ut inductione patet, necesse est ea, quæ ex alijs fiunt, prima non esse; cum sint alia priora, ex quibus ipsa emergant. Deinde ostendit neque ex se se mutuò fieri; quia sunt contraria, quorum ea est natura, ut se mutuò interimant.

d Sumendum itaque | Ut pateat è contrarijs omnia effici, aliquot pronuntiata sumit, eaque Omnia è cõ

varijs exemplis cõ-

firmat. Videlicet nihil in quoduis agere aptum esse. Nihil è quoduis pati posse. Item quoduis non è quoduis effici, neque in quoduis interire, seu dissolui: sed vnũ quodque in contrarium agere: à cõtrario perpeti: ex contrario fieri: & in cõtrarium dissolui. Intellige per se: nam per accidens quoduis in quoduis agit: à quoduis patitur; ex quoduis fit; in quoduis interit.

trarijs sic ii.

e Nec secus res Non quod-
habet | Effatũ illud; uis fieri è quo
non quodlibet fit è libet.
quolibet, veritatem
habere inquit in omnibus tam simplicibus, quam non simplicibus, & in ijs, quæ harmonia, ordine, aut compositione constant: fiunt enim hæc ex priuatione oppositis, ut musicum è non musico, habente tamen priuationem musicæ: similiterque exercitus è non exercitu, & ex inordinato, apto tamè, ut redigatur in ordinem: domus è non domo, & ex incomposito, quod tamen

Necesse enim est quidquid constat harmonia ex eo fieri, quod harmoniam non habet, & quod caret harmonia ex eo fieri, quod illã obrinet, atq; hoc ipsũ, quod harmonia est præditum, in harmonie vacuitatem interire, non in quanlibet, sed in oppositam. Nihil autem interest de harmonia hoc dicere, an de ordine, seu compositione, cum eadem esse rationem sit manifestum. Atqui & domus & statua, & aliud quoduis eodem fiunt modo. Nam & domus ex eo fit, quod hoc modo composita hæc non essent, sed diuisa, & statua, & quæ forma sunt figurata, ex figuræ priuatione. Ac vnũquodque horum partim ordo est, partim compositio. Quod si ita res habet, quidquid gignitur, è contrarijs profecto gignitur, & quidquid interit, in contraria interit, atq; in ea, quæ inter hæc locata sunt. E contrarijs autem ea fiunt, quæ in illorũ medio locata sunt, ut colores ex albo, & nigro. Quæcumq; igitur fiunt natura, aut contraria sunt, aut ex contrarijs. Et aliorũ quidem plurimi, hucusq; fere (ut ante diximus) vna profecti sunt. Omnes enim elementa, & quæ ab ipsis principia nuncupantur, quanquam sine ratione ponunt; contraria tamen quasi ab ipsa cõacti veritate statuunt: f. sed differunt inter se, quod alij priora, alij posteriora, & nonnulli ratione, alij sensu notiora accipiunt. Quidam enim calidum & frigidum; alij humidum & siccũ; alij par & impar; nonnulli concordiam, atq; discordiã generationis causas ponunt, quæ quidem inter se se eo modo, qui dictus est, differunt. g. Vt eadem quodammodo, & diuersa dicant; diuersa quidem, quemadmodum & plurimis videtur. eadem verò proportionem, cum ex eadem serie accipiant. Nãq; contrariorum alia continent, alia continentur. Sic igitur eodem, & diuerso modo, meliusq; & deterius enuntiat. Et alij quidem ratione (ut ante dictum est) alij sensu notiora. Vniuersum enim ratione est notum; singula autem sensu: nam rei vniuersæ ratio, eius verò, quæ in parte est, sensus. Ceu magnum, & paruum ratione rrarum & densum sensu. Principia igitur contraria esse oportere manifestum est.

ad compositionem subeundam idoneum sit.

f Differant inter se | Ostendit veterum Philosophorum in assignandis contrarijs principijs discrepantiam. Nam quidam pro principijs accipiebant priora contraria, alij posteriora: quidam notiora sensui, alij notiora intellectui: & ex prioribus alij calidum & frigidum, alij humidum & siccum: ex posterioribus alij numeros, parem & imparem, videlicet Pythagorici; alij litem & amicitia, nimirum Empedocles, eiusque sectatores.

g Ut

Dissidium
& conueni-
tia inter ve-
teres de prin-
cipiorum cō-
trarietate.

g Vt eadem quodammodo, & diuersa) Fuit inter priscae Philosophiæ auctores circa principiorum contrarietatem dissidium, & conuenientia. Dissidium, quia alij alia contraria posuere. Conuenientia, quia omnia contraria ab eis tradita, proportionem habent inter se; idque multas ob causas, videlicet quia è contrariorum serie vniuersa desumuntur: quia ea, quæ communiora sunt, vt exuperantia, & defectio continent sub se alia v. g. calidum & frigidum, (Enim verò omnia contraria ad priuationem, & habitum; exuperantiam, & defectiōnem quodammodo pertinent, prout vnum perfectione, & dignitate aliud exuperat, vt docet Aristoteles 10. Metaphys. cap. 7. tex. 16.) Postremò quia omnia priora sunt, alia secundum sensum, alia secundum intellectum.

Q V Æ S T I O I.

V T R V M P R I N C I P I A R E C T E
ab Aristotele definita sint, an non?

A R T I C V L V S I.

P R Æ N O T A N T V R Q V Æ D A M
ad explicandam principiorum
definitionem.

Definitio pri-
cipiorum.

PRŌXIMO capite hunc in modum Aristoteles princi-
pia definiit. Principia sūt quæ nec ex se se, nec ex alijs; sed
omnia ex ipsis sunt. Vt autem huiusce definitionis intel-
ligentia illustrior euadat, animaduertendum in primis erit
principium varias habere apud Theologos & Philosophos notio-
nes, quas tradit D. Damascenus in lib. aduersus Manichæos, Aristo-
teles lib. 5. de generatione animalium cap. 7. lib. poeticæ cap. 7. lib.
5. Metaph. cap. 1. tex. 1. & cap. 5. huius libri tex. 42. Cæteris verò
in præsentia omisis, de vltima, quæ huius instituti propria est, dif-
feremus. Sciendum verò principium, si propriè sumatur, latius pate-
re, quàm causam; quia ad rationem principij sat est, si ex eo tanquàm
ex primo aliquid sit, fiat, aut cognoscatur: vt verò causa dicatur
opus est, vt ab illo accipiat esse, ab eoque dependeat. Vnde locus, è
quo quisque proficiscitur, principium est viæ, non tamè causa viæ;
& priuatio est principium generationis, nō tamè generationis causa.

Principium
latius patere
quàm causam.

Discrimē in-
ter causam &
principium.

Rursus autem, quia nihil nisi à diuerso pendere propriè dicitur,
fit vt omne, quod respectu alicuius rationem causæ obtinet, neces-
sariò ab illo, & essentia, & virtute differat, ita videlicet, vt aut omni-
no extra essentiam eius sit, quo pacto se habent finis, & efficiens cō-
paratione sui effectus; aut saltem non sit tota eius essentia, sicuti ma-
teria, & forma respectu compositi, etiam simul sumptæ, & vnitæ, si
totum ab illis etiam ita constitutis distinguatur, quod magis proba-
uimus. Atque hæc ratio est, vt annotauit D. Tho. 1. p. q. 33. art. 1.

Lege d. Tho.
opus. I. c. 1.

cur

cur Pater in diuinis principiū Filij dicatur; & Pater ac Filius principium Spiritus sancti, non tamen causæ; quia nimirum ita Filius à Patre, & Spiritus sanctus ab utroque procedit, vt nihilominus eandem numero essentiam communem habeant.

Nec obstat quod Græci doctores, ut D. Chrysostomus & Theodoretus in commentarijs epistolæ ad Hebræos, & D. Damascenus lib. 1. fidei orthodoxæ cap. 11. & in lib. aduersus Manichæos, & D. Athanasius in actis Nicenæ synodi Patrem causam Filij; & D. Basilius Patrem Spiritus sancti causam appellant. Namque nomen græcum *αἰτία*, quod causam significat, non eandem apud Græcos, quam apud Latinos, energiam habet: significato enim vocis, causa, vt etiā aduertit D. Th. q. 10. de pot. ar. 1. respondet ex aduerso apud Latinos effectus, qui, vt diximus, diuersā à sua causa essentia obtinet. Apud Græcos verò significato nominis *αἰτία* respondet ab alio procedēs, quod latius patet quam effectus; vt perspicuū est. Itaque doctores citati nomen causæ non ad aliquā dependentiā, sed ad solam originem significandam vsurparunt. Quod si quis obijciat etiā Latinos causæ nomine in diuinis uti; siquidem D. Augustinus 7. de Trinit. cap. 1. & in lib. 83. quæst. q. 16. scribit Deum suæ sapientia causam esse, & D. Hieronymus ad caput 3. epistolæ ad Ephesios asserit Patrem sui originem esse, suæque causam substantiæ. Occurrendum erit, horum patrum dicta interpretanda esse in sensu negante; quasi dixerint Dei scientiam substantiamque non aliunde pendere, sicuti rerum creatarum substantia, scientiaque dependet.

Secundò aduertendum est principium duobus modis sumi posse, vno denominatiuè, idest, pro re, cui relatio principij aduenit, vbi gratia, pro materia: altero formaliter, hoc est, pro ipsa relatione principij ad principiatum, quæ relatio in commune sumpta vniuoca esse non potest; cum comprehendat sub se quasdam relationes reales, cuiusmodi est relatio principij, quæ dicitur de patre respectu filij; alias rationis, qualis est ea, quæ conuenit priuationi respectu generationis: hæc enim realis esse non potest; cum non sit inter extrema vtrinque realia. Quin etiam nec principium denominatiuè sumptum vniuocam habet rationem; siquidem ens, & non ens in vnam, eandemque communem naturam conuenire nequeunt: at materia, & forma sūt vera & positina etiā; priuatio verò nō itē. Quapropter rectè annotauit Mag. Albertus ex Auerroë & Auicenna, rationem principij competere his tribus secundum prius & posterius: primum quidem dici de forma, vtpote quæ sit præcipua pars quiditatis rei genitæ; secundò de materia, quæ cum sit pura potentia, naturæ dignitate & in ratione principiandi minus præstans est, quàm forma; præstantior tamen, quàm priuatio, quæ neque in re genita manet, neque vllum entis gradum obtinet. Quo fit vt priuatio inter principia tertium ac postremum dignitatis locum fortiatur.

Non eodem modo apud Græcos, & Latinos causa vsurpatur.

Obiectio.

Responsio.

Principiū bi-
fariā sumitur

Relatio prin-
cipij non est
quid vniuocū

Nec principi-
um denomi-
natiuè sumptū.

Quo ordine
principiū di-
citur de tri-
bus principijs
rerū naturalium

R

Ter-

Quam latè
pateat defi-
nitio princi-
piorum

Causa cū po-
pulariter su-
mitur, reci-
procat cū
principio.

Tertio, neque illud ignorandum est, Aristotelem in definitione principiorum non omnia, sed sola rerum naturalium principia, de quibus differebat, complexum fuisse; quo pacto nomen principij quadam ex parte minùs latè manat, quàm causæ; cū non omnes causas, sed solam materiam & formā comprehendat; ex altera verò latiùs funditur; siquidem complectitur etiam priuationem, quæ nō est causa. Nec obstat quod Aristoteles 12. Metaph. cap. 2. tex. 12. priuationem causam vocat; vsurpat enim eo loco nomen causæ non philosophicè & propriè; sed ad sensum & consuetudinem vulgi appellantis causam quidquid ad aliud quoquo modo requiritur, siue id ab eo dependeat, vt ab impertiente aliquod esse; siue non.

ARTICVLVS II.
PARTICVLATIM ENO-
datur principiorum definitio.

Prima con-
ditio princi-
piorum.

Secunda.

Tertia.

Vt principia
rerum natu-
ralium diffe-
rāt ab exter-
nis causis.

HIs ita explicatis, vt ad ipsam principiorum definitionem veniamus, tres in ea cōditiones exprimuntur: Prima, vt principia nō sint ex se se mutuò: secunda, ne sint ex alijs: tertia, vt ex ipsis sint, hoc est cōstēt, aut fiāt omnia. Prima ex eo suadetur, quia principia sūt prima cōtraria: hæc autē ita se habēt, vt vnū ex altero esse nō possit; quod in progressu planum fiet. Secunda inde probatur, quia si principia essēt ex alijs, essēt ex priorib⁹, atq; ita nō essēt prima, nec principij, sed principiati haberent rationē, vt scripsit Plato in Timæo. Tertia ostenditur, quia cū principiata ex semetipsis esse nequeant, vtiq; necessariò erunt ex alijs; non ex principiatis, ergo ex principijs. Atque adeò rectè principia dicuntur, ex quibus omnia sunt, omnia inquam entia naturalia, quæ primò, ac simpliciter fiūt.

Sanè verò particula, ex, discrimen ponit inter principia rerū naturalium, & inter causas externas, quæ sunt finis, efficiens, & exēplar. Nec enim ex his, si propriè ac philosophicè loquamur, vlla res constat, aut fit: sed efficiens est, à quo; finis, propter quem; exēplar, ad cuius imitationem res efficitur. At principiū est id, ex quo res constat, vel oritur.

Quid per sin-
gulas particu-
culas exclu-
datur.

Porro autem per primam definitionis particulam excluduntur quatuor vulgata elementa, & alia composita, quæ ex se vicissim fieri solent: per secundam ea, quæ licet non ex se mutuò fiant, aut constant; conficiuntur tamen ipsa ex alijs, vt corpora cœlestia ex materia & forma: per tertiā substantiæ separatae, figurata, accidētiaq; omnia, & vniuersim ea, ex quib⁹ nullū cōpositū naturale oritur, aut coalescit. Sed hæc disputatione, pxime sequentis articuli clariora euadent.

ARTICVLVS III.
OBIECTA ADVER-
sus proximè dicta.

Verum

Verum contra ea, quae nunc asseruimus, hunc in modum licet obijcere. Cum ex principijs esse omnia dicuntur, vel particula, ex, significat habitudinem termini à quo, vel habitudinem partis componentis. Si primum, falso igitur principia dicuntur non ex se esse; cum aliqua principia sint prima contraria, quae proinde ex se inuicem, ut ex termino fieri debent. Si secundum, sequitur priuationem non esse principium; cum priuatio non sit pars compositi. Quare non recte ea particula videtur addita.

Secundo, forma equi fit ex materia; siquidem de illius potentia excitatur; fit item ex sui priuatione; cum generatio sit progressio à priuatione formae ad formam. Ergo principia fiunt ex se.

Deinde, materia & forma, cum sint species quaedam, habent suum genus & differentiam, ex quibus compositione metaphysica constituuntur. Ergo aliqua principia fiunt ex alijs.

Præterea, corpora caelestia non oriuntur ex tribus illis principijs: non igitur omnia ex ipsis fiunt. Probatur assumptum; quia in corpora caelestia non cadit priuatio, neque caelestis forma contrarium habet, ut docet Aristoteles 1. de caelo cap. 3. tex. 25.

Postremo, in definitione principiorum non definiuntur sola principia singularia; sed neque principia in commune sumpta: igitur nulla principia in ea definiuntur. Probatur antecedens quoad priorem partem, quia singularia non cadunt sub scientiam. Suadetur item quoad posteriorem, quia definitio rei communioris, secundaria saltem ratione, conuenire debet singularibus: at hæc singularibus principijs non conuenit: siquidem ex principijs Socratis, vel Platonis non fiunt omnia, ut luce clarius est.

ARTICVLVS III.

DILVTIO

obiectorum.

Non erit tamen difficile hæc dissoluere. Ac quod ad primum attinet, dissidium est inter expositores quo pacto in definitione principiorum particula, ex, ab Aristotele accipiatur.

Nam Simplicius, Philoponus, & Burlæus hoc loco, itemq; Capreolus in 2. d. 12. art. 3. putant primo & secundo loco, cum scilicet principia dicuntur nec ex se, nec ex alijs esse, importari habitudinem taxat partis componentis: cum verò additur, sed ex ipsis sunt omnia, exprimi habitudinem tam partis componentis, quam termini à quo. Alij utrobique rationem partis componentis designari inquirunt. Verum neutra harum interpretationum nobis placet. Non prima, quia admittit Aristotelem in ea definitione vnum vocabulum in alia & alia significatione usurpasse, quod nisi cogente necessitate (quæ hic tamen nulla est) absque vitio non fit. Non secunda, quia

1. obiectio.

unde ex se respectu

2. obiectio.

scilicet

3. obiectio.

4. obiectio.

5. obiectio.

Respō. ad 1.

Dissidium inter interpretes.

1. BA

*seruē**in corpore*

Et Toletus q. II. Sotus art. I. q. 5.

Particula, ex, quo pacto sumatur in definitione principiorum.

priuationem à numero principiorum excludit; cum res genita non componatur ex priuatione. Dicendum est igitur cum Aegidio aliisque nonnullis, particulam, ex, semper eodem modo accipiendam esse, ita videlicet, ut significet habitudinem vel partis componentis, vel termini à quo: utrunque enim complectitur verbum illud, sunt, cum principia dicuntur, ex quibus sunt omnia, id est, constāt, aut fiunt: nulla autem principia siue contraria sint, siue non, modo abstractè sumantur, quomodo hīc ab Aristotele accipiuntur, ut D. Thom. annotauit, ex alijs fieri dicenda sunt; cum ne fiant quidē; sed sola singularia per se existētia, atque adeo sola concreta, docente Aristotele cap. 7. huius libri tex. 64. & lib. 7. Metaph. cap. 8. tex. 26. & 27. Quare nec forma ignis, nec candor, nec frigus, aliaue eiusmodi abstracta fieri dicenda sunt, sed ignis, candidū, frigidum; atque ita res habet in cæteris. Quod si quis obijciat animum rationis competentē, cum peculiari, sibiq; propria actione à Deo creetur, proprie fieri: occurrendum erit non fieri actione physica, de qua hīc agitur, quanquam in eius etiam productione seruetur effatum illud Philosophorum aientium actiones terminari ad supposita; siquidem anima humana est quid singulare per se existens, quo pacto nomen suppositi in eo pronuntiato accipitur.

Diectio.

Dilatio.

propositio

supra hunc textum

Ad. 2.

Quo modo compositum physicū fiat ex priuatione.

Ad secundū, dicendū formā equi nec ex priuatione, nec ex materia fieri, cum nō fiat, uti proximè statuimus. Si verò quis opponat rem genitā effici ex cōtrario, id est, ex priuatione sui; solā verò formā dici ex priuatione effici, cum eius duntaxat priuatio in materia insit: quare non cōpositū, sed formā effici. Respondendū erit id, quod generatione proprie fit, quod est solū compositū, effici ex priuatione, non ratione sui adæquatè, siue secundū se totū; sed ratione partis, hoc est, merito formæ, ex qua cōponitur. Adde etiā id, quod gignitur, v. c. equū fieri ex nō equo, hoc est, ex re, quæ non est equus, ut ex re priuata, & tanquā ex termino à quo integro, siue totali: qui terminus cōtrarius est termino ad quē totali, videlicet equo; sicuti priuatio, aduersaria est equinæ formæ, quæ denuo acquiritur.

Ad. 3.

Ad tertiū, materiā, & formā, præterquam quod non proprie fiūt, nō fieri ex genere, & differentia, ut ex termino, aut ut ex partibus re ipsa cōponētib⁹, quomodo principiorū definitio intelligēda est; sed ut ex ijs, à quib⁹ sola ratione cōponuntur; vel (quod eodē recidit) materiā & formam habere quidem alia principia, non physica, sed metaphysica, ut vocant.

Ad. 4.

Tria principia nō cernuntur in corporibus cœlestibus.

Ad quartū, Aristotelem non intellexisse res omnes physicas ex illis tribus principijs oriri, sed eas tantum quæ generationem & interitum subeunt. Quare tria illa principia simul sūpta non conuenire corporib⁹, cœlestib⁹ sed eorū duntaxat duo, materiā videlicet & formam. Quo fit, ut si de principijs intrinsicis, & constituentibus loquamur, omnium rerum physicarum principia complexus fuerit Aristoteles. Quidquid alij velint contendentes sola principia rerum,